

**O**remus. Flectamus genua. *℞.* Leuâte.

*Oratio.*

**O**mnipotens sempiternus Deus: qui per continentiam salutâre & corporibus medêris & mentibus: maiestatem tuam supplices exorâm⁹: ut pia ieiunatum deprecatione placatus, & præsentiâ nobis subsidia tribuas, & futura. Per Dñm.

*Lectio libri Levitici.*

Cap. 3

**I**n dièbus illis: Locutus est Dñm⁹ ad Mòysen, dicens. Décimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisque animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Dño. Omne opus seruile non facietis in tempore dièi huius: quia dies propitiationis est, ut propitietur vobis Dñm⁹ Deus vester. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populo suo: & quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus & habitationibus vestris sabbatum requietionis est: affligetisque animas vestras die nono mensis, à vespere vsque ad vesperum celebrabitis sabbata vestra. Dicit Dñm⁹ omnipotens.

Ps. 78.

*Graduale.* Propitius esto Dñm⁹ peccatis nostris: nequando dicant gentes. Vbi est Deus eorum? *℞.* Adiua nos Deus salutaris noster: & propter honore nōminis tui Dñm⁹ libera nos. **O**remus. Flectamus genua. *℞.* Leuâte.

*Oratio.*

**D**A nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut ieiunando tua gratia satiémur, & abstinendo cunctis efficiámur hostibus fortiōres. Per Dñm.

*Lectio libri Levitici.*

**I**n dièbus illis: Locutus est Dñm⁹ ad Mòysen, dicens. A quinto decimo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Dñm⁹i septem dièbus. Die primo, & die octavo erit sabbatum, id est, requies. Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasq; palmârum, & ramos ligni densarum frondiū, & salices de torrente: & lætabimini coram Dño Deo vestro: celebrabitisque solennitatem eius septem dièbus per annum. Legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbaculis septem dièbus. Omnis qui de genere Israëlest, manebit in tabernaculis: ut discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israël, cum educere eos de terra Ægypti. Ego Dñs Deus vester.

*Graduale.* **P**rotextor noster aspice Deus: & respice super seruos tuos. *℞.* Dñm⁹ Deus virtutum audi preces seruorum tuorum. **O**remus. Flectamus genua. *℞.* Leuâte.

*Oratio.*

**T**Vêre, quæsumus Dñm⁹, familiam tuam: ut salutis æternæ remedia, quæ in te spirâte requirim⁹ te largiente consequâmur. Per Dñm.

*Lectio Michæe prophete.*

Dñm⁹

**D**omine Deus noster, parce populo tuo in virga tua grege hereditatis tuae, habitantes solos in saltu iuxta dies antiquos. Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua. Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transfers peccatum reliquiarum hereditatis tuae? Non imittet ultra furorē suum, quoniam volēs misericordiam est. Reuertetur, & miserebitur nostri. Deponet iniquitates nostras: & proiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem iacob, misericordiam Abraham, quae iurasti patribus nostris à diebus antiquis: Domine Deus noster.

**Graduale.** Conuertere Domine aliquantulum, & deprecare super seruos tuos. Domine refugium factus es nobis, à generatione in generatione. Oremus. Flectamus genua. **R.**

Leuate. **Oratio.**

**P**raesta, quaesumus, Domine, sic nos ab epulis carnalibus abstinere: ut à vitijs irruentibus pariter ieiunemus. Per Dominum.

**Lectio Zachariae prophetae.**

**I**n diebus illis. Factum est verbum Domini ad me, dicens. Haec dicit Dominus. Deus exercituum. Sicut cogitavi ut affligerem vos, cum ad iram cundiam me prouocassent patres vestri, & non sum misertus: sic conuersus cogitavi in diebus istis, ut benefaciā domui iuda & Hierusalēm: nolite timere. Haec sunt ergo verba quae faciētis. Loquimini veritatem vnusquisq; cū

proximo suo. Veritatem, & iudicium pacis iudicate in portis vestris. Et vnusquisque, malū contra amicum suū ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim haec, sunt quae odi, dicit Dominus. Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicens. Haec dicit Dominus exercituum. Ieiunium quarti & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi, erit domui iuda in gaudium & laetitiam, & in solennitates praeclaras. Veritatem tantum & pacem diligite: dicit Dominus exercituum.

**Graduale.** Dirigatur oratio mea, **Ps. 140**

sicut incensum, in conspectu tuo Domine. **V.** Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. **Oremus.** Flectamus genua. **R.** Leuate.

**Oratio.**

**V**t nobis, Domine, tribuis solenne tibi deferre ieiunium: sic nobis, quaesumus, indulgentiae presta subsidium. Per Dominum.

**Lectio Danielis prophetae.**

**I**n diebus illis: Angelus Domini, **des. Cap. 3**  
descendit cum Azaria & socijs eius in fornacem. Et excussit flammam ignis de fornace & fecit medium fornacis quasi ventum toris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta nouem: & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldaeis ministros regis, qui eam, incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis neque; contristauit, nec quicquam molestiae intulit. Tunc hi tres, quasi ex vno ore, laudabat & glorificabat, & benedi-

cebant Deum in fornace, dicentes.

**Hymnus.**

**Dan. 3.** **B**enedictus es Dñe Deus patrum nostrorum. Et laudabilis, & gloriōsus in secula. **E**t benedictum nomen glōriæ tuæ, quod est sanctum. Et laudabile & gloriōsum in secula.

**B**enedictus es in tēplo sancto glōriæ tuæ. Et laudabilis & gloriōsus in secula. **B**enedictus es super thronum sanctum regni tui. Et laudabilis & gloriōsus in secula. **B**enedictus es super sceptrum diuinitatis tuæ. Et laudabilis, & gloriōsus in secula. **B**enedictus es, qui sedes super Cherubim, intuens abyssos. Et laudabilis, & gloriōsus in secula. **B**enedictus es, qui ambulas super pennas ventōrum, & super vndas maris. Et laudabilis, & gloriōsus in secula. **B**enedicant te omnes angeli, & sancti tui. Et laudent te, & glorificēt in secula. **B**enedicāt te cœli, terra, mare, & omnia, quæ in eis sunt, Et laudēt te, & glorificent te in secula. **G**lōria patri, & filio, & Spirītui sancto. Et laudabilis, & gloriōsus in secula. **S**icut erat in principio & nunc & semper, & in secula seculōrum. Amen. Et laudabilis, & gloriōsus in secula. **B**enedictus es Domine Deus patrum nostrorum. vt laudabilis & gloriōsus in secula.

**Hic dicitur.** **¶** Dominus vobiscum. **¶** sine, Flectāmus gēna. **Oratio.**

**D**eus, qui tribus pueris mitigāsti flammam igniū, concēde propitiū: vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiōrum. Per Dōminum.

**A**cūctis. **vt in prima dñica post Pēt.**

**Lectio epistolæ beati Pauli apōstoli ad Hebræos.**

**F**ratres: Tabernāculum factū est, primū in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur Sancta. Post velamentū autē secundū: tabernaculū, quod dicitur Sancta sanctōrum, aureū habens thuribulum: & arcam testamēti circūtectā ex omni parte auro, in qua, vna aurea habens māna, & virga Aaron quæ frondūerat, & tabulæ testamēti: superq; eā erant Cherubim glōriæ obūbrantia propitiatōrium: de quibus nō est modō dicendum per singula. His verò ita compōsitis, in priōri quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiōrum officia consummantes, in secūdo vero, semel in anno solus pontifex: non sine sanguine, quæ offerret pro sua & pōpuli ignorātia: hoc significāte spirītui sancto, nondum propalātā esse sanctōrū viam, adhuc priōre tabernaculo habente statū: quæ parabola est tēporis instātis: iuxta quā mūnera & hōstia offeruntur, quæ non possunt iuxta consciētiā perfectū facere seruiētē, solūmodo in cibis & in pōtibus, & in varijs baptismātibus, & iustitijs carnis vsq; ad tempus cōrrectionis impōsitis. Christus autē assistens pōntifex futurōrum hōnorū per amplius & perfectius tabernaculū non manufactum, id est, non huius creatiōnis: neq; per sanguinem hircōrum aut vitulōrum, sed per propriū sanguinem introiuit semel in Sancta æterna redemptiōne inuenta.

**Tractus.** Laudate Dñm omnes gentes: & collaudate eum omnes populi. **Ps.** Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Dñi manet in æternum.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.**

**I**n illo tempore: Dicebat Iesus turbis similitudinem hanc. Arborem ficus habebat quidam plantatam in vinea sua: & venit quaerere fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ. Ecce, anni tres sunt, ex quo venio quaerens fructum in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat? At ille respondens, dicit illi. Dñe dimitte illam & hoc anno, vsq; dum fodiam circa illam, & mittam stercora. Et si quidem fecerit fructum: sin autem in futurum succides eam. Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videt Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi. Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & contestim erecta est, & glorificabat Deum. Respondens autem archisynagogus, indignas quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ. Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo venite, & curamini: & non in die sabbati. Respondens autem ad illum Dñs dixit. Hypocritæ, vnusquisq; veltrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum a præsepio, & ducit ad aquam?

Hanc autem filiam Abraham quam alligauit satanas, ecce, decem & octo annis non oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescerant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriosè fiebant ab eo.

**Offertorium.** Domine, Deus salutaris meæ, in die clamauit, & nocte coram te intret oratio mea in conspectu tuo Domine. **Ps. 79.**

**Secreta.**

**C**oncède, quæsumus omnipotens Deus: vt oculis tuæ maiestatis munus oblatum, & gratiam nobis deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirit. Per Dominum.

**Exaudi nos.** **Communio.** **Leu. 24**

**M**ense septimo festa celebrabitis, cum in tabernaculis habitare fecerim filios Israël, cum educerem eos de terra Ægypti, ego Dominus Deus vester.

**Postcommunio.**

**P**erficiant in nobis, Domine, quæsumus, tua sacramenta quod continent: vt, quæ nunc spe gerimus, rerum veritate capiãmus. Per Dominum.

**Mundet, & muniat.**

**DOMINICA DECIMA**

**octaua post Pentecost Introitus.**



**D**a pacem Domine sustinentibus te, vt prophete tui fideles inueniantur, exaudi preces serui tui, & plebis tuæ Israël. **Ps. 135.** Letatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. **Ps. 135.** Gloria patri.

**Oratio.**

**Di**

**D** Irigat corda nostra, quæsumus Domine, tuæ miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per Dñm.

*A cunctis. vt in prima Dominica post Pentecost.*

*Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.*

**E** Ratres: Gratiâs ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu. Quia in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni sciëntia, si eui testimonium Christi confirmatũ est in vobis: ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationẽ Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus Domini nostri Iesu Christi.

**Ps. 131.** *Graduale.* Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus. *V.* Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

**Ps. 100.** Alleluia, alleluia. *V.* Timébunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam, alleluia.

*Sequẽtia sancti euangeliij secundum Matthæum.*

**Cap. 9.** **I** N illo tempore: Ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerébant ei paralyticum iacentem in lecto. Vidẽs autem Iesus fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili. Remittuntur tibi peccata tua. Et ecce, quidã de Scribis dixerũt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit. Vt quid cogitatis mala in

cordibus vestris? Quid est facilius dicere. Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere. Surge & ambula? vt autẽ sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralyticus. Surge, tolle lectũ tuũ & vade in domũ tuam. Et surrexit, & abiit in domum suã. Videntes autẽ turbæ timuerunt int: & glorificauerunt Deũ, qui dedit potestatem talem hominibus.

*Credo. Offertorium. Sanctificauit Moyses altare Domino, offerens super illud holocausta, & immolans victimas: fecit sacrificium vespertinũ in odorem suauitatis Domino Deo, in conspectu filiorũ Israel. Secreta.*

**D** Eus, qui nos per huius sacrificij veneranda comẽrcia, vnũs sum meq; diuinitatis participes efficis: præsta, quæsumus: vt sicut tuã cognoscimus veritatem, sic eã dignis moribus assequamur. Per Dñm. Exaudi nos.

*Communio.* Tolle hostias, & introite in atria eius: adorate Dñm in aula sancta eius. *Postcommunio.*

**G** Ratiâs tibi referimus Dñe sacro munere vegetati, tuam misericordiam deprecantes: vt dignos nos eius participatiõne perficias. Per Dñm.

*Mundet & muniat.*

**DOMINICA DECIMA nona post Pentecost.**

*Introitus.*



Alus populi ego sum dicit Dñs: de quacũq; tribulatiõne clamauerint ad me exaudia eos: & ero illorũ Do-

minus in perpetuum. **Psal.** Attēdi te pópule meus legem meam: inclinā te aurem vestram in verba oris mei.

**Gloria patri.** **Oratio.**

**O**Mnipotēns & misericors Deus vniuersa nobis aduersantia propitiatus excludē: vt mente & corpore pariter expediti, quæ tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per Dñm.

**A cūctis. vt in prima Dóminica post Pentecost.**

**Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Ephesios.**

**F**Ratres: Renouāmini spírítu mentis vestræ: & induíte nouum hóminem, qui secúndum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatē vnusquisque cum próximo suo: quóniam sumus inuicem membra. Irascimini, & nolite peccāre. Sol non occidat super iracúndiam vestram. Nolite locū dare diabolo. Qui furabatur, iam nō fūretur: magis autem labóret, operando manibus suis quod bonū est, vt habeat unde tribuat necessitatē patienti.

**Graduale.** Dirigatur oratio mea, sicut incensum, in conspēctu tuo Dómine. **Psal.** Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

**Alleluia, alleluia.** **Psal.** Cōfitemini Dómino, & inuocāte nomen eius: annūciate inter gentes ópera eius, alleluia.

**Sequentia sancti euangélii secúndum Mattheum.**

**I**N illó tempore: Loquebatur Iesus principibus sacerdotum & Phari-

sæis in parabolis, dicens. Simile factū est regnum coelórum hómini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocāre inuitatos ad nuptias: & nolēbant venīre. Iterum misit alios seruos, dicens. Dicite inuitatis: ecce prándium meum parauit, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata: venīte ad nuptias. Illi autem neglexērunt: & abiērunt, alius in villam suā, alius verò ad negotiatióem suā: reliqui verò tenuērunt seruos eius, & contumélijs affectos, occidērunt. Rex autem cū audisset, iratus est: & misit exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illórum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptiæ quidē paratæ sunt: sed qui inuitati erāt, nō fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum: & quoscúnque inuenēritis, vocāte ad nuptias. Et egrēssi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenērunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intrāuit autem rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hóminem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi. Amice, quómodo huc intrāsti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit flectus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

**Credo.** **Offertorium.** Si ambulauero in medio tribulatiónis, uiuificabis me Dómine: & super irā inimicórum meórum extendes manū tuam,

tuam: & saluum me fecit dextera tua.

*Secreta.*

**H**æc mûnera, quæsumus, Dòmi-  
ne, quæ óculis tuæ maiestâtis of-  
ferimus, salutária nobis esse concède.  
Per Dóminum. *Exaudi nos.*

*Communio.*

*Ps. 101.* **T**u mandásti mandâta tua custodiri  
nimis: vtinam dirigántur viæ meæ,  
ad custodiéndas iustificatiónes tuas.

*Postcommunio.*

**T**va nos. Dñe, medicínalis operá-  
tio, & à nostris præuersitatibus  
cleménter expédíat, & tuis semper fa-  
ciat in hærére mandatis. Per Dñm.

*Mundet & múniat.*

**DOMINICA VIGESI-**

**ma post Pentecost.**

*Introitus.*

*Dan. 3.*



**M**nia quæ fecisti no-  
bis Dómine, in vero  
iudicio fecísti: quia  
peccáuimus tibi, &  
mandatis tuis nõ obe-  
diuimus: sed da glóriam nómini tuo  
& fac nobiscum secúndum multítu-  
dinem misericórdiæ tuæ.

*Ps. 118.*

*Psalm.* Beati immaculati in via,  
qui ambulat in lege Dñi. *Glória*  
patri & filio.

*Oratio.*

**L**argire, quæsumus Dómine, fidé-  
libus tuis indulgéntiam placátus  
& pacem: vt páriter ab ómnibus mun-  
déntur offensis, & secúra tibi mente  
deseruiant. Per Dóminum.

*A cunctis. vt in prima Dóminica*  
*post Pentecost.*

*Lectio epistolæ beati Pauli*  
*apóstoli ad Ephesios.*

**F**ratres: Vidéte itaque quomodo  
cauté ambulétis: non quasi insipié-  
tes, sed vt sapiétes: redimétes tem-  
pus, quóniam dies mali sunt. Propté-  
rea nolíte fieri imprudétes: sed intel-  
ligétes, quæ sit volúntas Dei. Et no-  
líte inebriari vino in quo est luxúria,  
sed implemini spírítu sancto, loquén-  
tes vosmetípsis in psalmis, & hym-  
nis, & canticis spirítualibus, cantán-  
tes & psallétes in córdib⁹ vestris Dó-  
mino: grátias ágétes semper pro óm-  
nibus, in nómine Dómini nostri Iesu  
Christi, Deo & Patri. Subiécti inuicé:  
in timóre Christi.

*Graduale.* Oculi ómnium in te  
sperant Dómine: & tu das illis escam  
in tēpore oppórtuno. *Aperies tu*  
manum tuam, & imples omne ani-  
mal benedictióne.

*Alleluia, alleluia.* Parátū cor meū  
Deus, parátum cor meum, cantábo,  
& psallam tibi, glória mea, alleluia.

*Sequentia sancti euangelij*  
*secúndum Ioánnem.*

**I**n illò tēpore. Erat quidam régu-  
lus cui⁹ filius infirmábâtur Caphar-  
naum. Hic cūm audisset quia Iesus ve-  
niret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eū  
& rogábat eum vt descēderet & sa-  
nâret filiū eius. Incipiēbat enim mo-  
ri. Dixit ergo Iesus ad eum. Nisi sig-  
na & prodigia vidérítis, non créditis.  
Dicit ad eum régulus. Dómine, des-  
cēde priúsquâ moriâtur filius meus.  
Dicit ei Iesus. Vade, filius tuus viuic.

Crédidit homo sermóni quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descén-  
dente, serui occurrerunt ei: & nuncia-  
uerunt dicentes, quia filius eius viue-  
ret. Interrogábat ergo horam ab eis,  
in qua mélius habúerit. Et dixerunt  
ei, quia heri hora séptima reliquit eū  
febris. Cognouit ergo pater, quia il-  
la hora erat in qua dixit ei Iesus: filius  
tuus viuit. Et credidit ipse, & domus  
eius tota.

**Credo.** **Offertorium.** Super flui-  
mina Babylónis illic sedimus, & fleui-  
mus, dum recordarémur tui Sion.

**Secreta.**

**C**aeléstem nobis præbeant hæc  
mysteria, quæsumus Dómine,  
medicínam: & vítia nostri cordis ex-  
púrgent. Per Dóminum.

**Exaudi nos.** **Communio.**

**M**emento verbi tui seruo tuo Dómi-  
ne, in quo mihi spem dedisti: hæc me  
consolata est in humilitate mea.

**Postcommunio.**

**V**t sacris, Dñe, reddamur digni  
muneribus: fac nos quæsumus,  
tuis semper obedire mandatis. Per Dó-  
minum. **M**undet, & múniat.

**DOMINICA VIGESI-  
ma prima post Pentecost.**

**Introitus.**

**N** voluntate tua Dó-  
mine vniuersa sunt pó-  
sita: & non est, qui  
possit resistere volun-  
tati tuæ: tu enim fe-  
cisti omnia, cælum, & terram, & vni-  
uersa, & cæli ambitu continentur:

Dóminus vniuersórum tu es. **Psalm.** Ps. 124

Béati immaculati in via, quiambu-  
lant in lege Dómini. **G.** Glória pa-  
tri & filio.

**Oratio.**

**F**amiliam tuam, quæsumus Dómi-  
ne, continua pietate custodi: vt à  
cunctis aduersitatibus, te protegente,  
sit libera: & in bonis actibus tuo nómi-  
ni sit deuóta. Per Dóminum.

**A** cunctis nos. vt in prima Demi-  
nica post Pentecost.

**Lectio epistolæ beati Pauli apóstoli ad Ephesios.**

**F**ratres: Confortámini in Dómi-  
no, & in potèntia virtútis eius. In-  
dúite vos armaturam Dei: vt possitis  
stare aduersus insidias diaboli. Quo-  
niam non est nobis colluctatio aduer-  
sus carnem & sanguinem: sed aduer-  
sus principes & potestates, aduersus  
mundi rectores tenebrarum harum,  
contra spirítuália nequitiae, in cæle-  
stibus. Propterea accípíte armaturam  
Dei: vt possitis resistere in die malo,  
& in ómnibus perfecti stare. State er-  
go succincti lumbos vestros in veri-  
tate, & indúti lorícam iustitiæ, & cal-  
ciati pedes in præparatiónem euangé-  
lij pacis. In ómnibus sumentes scu-  
tum fidei, in quo possitis ómnia tela-  
nequissimi ignea extinguere. Et gá-  
leam salutis assumite: & gladium spí-  
ritus, quod est verbum Dei.

**Graduale.** Dómine refúgium fa-  
ctus es nobis à generatióne in genera-  
tióne. **G.** Priúsqvam montes herent,  
aut formarétur terra & orbis: à sæcu-  
lo



lo & vsque in sæculum tu es Deus.

**Ps. 113.** Alleluia, alleluia. **Ps.** In exitu Israël de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro. alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.**

**Ca. 18.** **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum celorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cepisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum Dominus eius vendari & uxorem eius & filios, & omnia quæ habebat & reddi. Procidens autem seruus ille, rogabat eum dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem Dominus serui illius, dimisit eum: & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens. Redde quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed, abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt Domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum Dominus suus: & ait illi. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego

tui misertus sum? Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus celestis faciet vobis, si non miseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

**C**redo. **Offertorium.** Vir erat in terra Hus nomine Iob, simplex & rectus, ac timens Deum: quem Satã petiit vt tentaret: & data est ei potestas à Domino in facultate & in carne eius: perdiditq; omnem substantiam ipsius, & filios: carnem quoque eius graui vlcere vulnerauit. **Secreta.**

**S**uscipe Domine propitius hostias quibus & te placari voluisti, & nobis salutem potenti pietate restitui. Per Dominum nostrum.

**E**xaudi. **Communio.** In salutari tuo anima mea, & in verbum tuum speravi: quando facies de persequentibus me iudicium: iniqui persecuti sunt me, adiuua me Domine Deus meus. **Postcommunio.**

**I**mmortalitatis alimoniam consecuti, quæsumus Dñe, vt quod ore percipimus, pura mente sectemur. Per Dñm. **M**undet & muniat.

**DOMINICA VIGESIMA  
secunda post Pentec.** **Introitus.**



**S**i iniquitates obseruaueris domine domine quis sustinebit? quia apud te propitiatio est Deus Israël. **Psal.** De profundis clamaui ad te Dñe: Dñe exaudi vocem meam. **Ps.** Gloria. **Oratio.**

**D**eus refugium nostrum, & virtus adesto pijs ecclesie tue precibus auctor ipse pietatis: & presta: ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat, in unitate spiritus sancti, Deus: per omnia secula seculorum. *R. Amen.* **A cunctis ut in**

**prima Dominica post Pentecost.**

**Lectio epistolae beati Pauli apostoli ad Philippenses.**

**F**ratres: Confidimus in Domino Iesu: quia, qui cepit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu. Sicut est mihi iustum, hoc sentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde & in vinculis meis, & in defensione & confirmatione evangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet in scientia & in omni sensu: ut probetis potiora, ut sitis sinceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiae per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei.

**Graduale.** Ecce, quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in unum. *R.* Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

**A**lleluia, alleluia. *R.* Qui timent Dominum, sperent in eo: adiutor & protector eorum est, alleluia.

**Sequentia sancti evangelij secundum Mattheum**

**I**n illo tempore: venientes Pharisei & consilium iniierunt, ut caperent Iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes. Magister, scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim, respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet census dari Caesari, an non? Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait Quid me tentatis hypocritae? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus. Cuius est imago haec, & super scriptio? Dicunt ei, Caesaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quae sunt Caesaris, Caesari: & quae sunt Dei, Deo.

**C**redo. **Offertorium.** Recordare mei Domine omnipotentatui dominans: & da sermonem rectum in os meum, ut placeant verba mea in conspectu principis. **Secreta.**

**D**amifericors Deus: ut haec salutaris oblatio, & a proprijs nos reatibus indefinenter expediat, & ab omnibus tueatur adversis. Per Dñm.

**Exaudi nos.** **Communio.** Ego clamavi, quoniam exaudisti me Deus inclina aurem tuam, & exaudi verba mea.

**Postcommunio.** **S**impliciter Dñe sacri dona mysterij, humiliter deprecantes: ut, quae in tui commemoratione nos facere precepisti, in nostrae proficiant infirmitatis auxiliu. Qui vivis & regnas in unitate spiritus sancti. **M**undet & muniat.

**DOMINICA VIGESIMA tertia post Pentecost. Introitus.**

Dicit



**D**icit Dominus ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis: inuocabitis me & ego exaudiam vos: & redicam captiuitatem vestram de cunctis locis

**Ps. 34.** **Psalm.** Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob. **v.** Gloria patri & filio.

**Oratio.**

**A**bsolue, quæsumus Dñe, tuorum delicta populorum vt à peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per Dominum.

**A** cunctis. **vt in j. Dñica post Pentec.**

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Philippenses.**

**Cap. 3.** **F**ratres: Imitatores mei estote: & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos saepe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorum Deus, venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in caelis est: vnde etiam saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, qua possit etiam subicere sibi omnia. Itaque fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea: sic stete in Domino charissimi. Eundem rogo, & Syntychem deprecor, id ipsum

sapere in Dño. Etiam rogo & te Germane copar, adiuua illas, quæ mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ.

**Graduale.** Liberati nos Dñe ex afflictionibus nos: & eos qui nos oderunt, confundisti. **v.** In Deo laudabitur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sæcula. **A**lleluia, alleluia. **v.** De profundis clamaui ad te Dñe, Dñe exaudi vocem meam, alleluia.

**Sequencia sancti euangelij secundum Mattheum.**

**I**n illo tempore: Loquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens. Dñe, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet. Et surgens Iesus. sequebatur eum, & discipuli eius. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim, accessit retrò, & tetigit fimbria vestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantum vestimentum eius: salua ero. At Iesus conuersus & videns eam, dixit. Confide filia: fides tua te salua fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tiblicines & turbam tumultuantem, dicebat. Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum eiecta esset turba intravit, & tenuit manum eius. Et surrexit puella. Et exiit fama hæc in vniuersam terram illam. **C**redo. **Offertorium.** De profundis clamaui ad te Dñe, Domine exaudi orationem meam.

*fundis clamavi ad te Dñe. Secreta.*

**P**ro nostrę seruitutis augmento sacrificium tibi Dómine laudis offerimus: vt quod imméritis contulisti, propítius exequáris. Per Dóminū nostrum Iesum Christum.

**Exaudi nos. Communio.**

**A**men dico vobis, quicquid orantes pétitis, crédite quia accipiétis, & fiet vobis.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus omnipotens Deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudere, humanis non sinas subiacere periculis. Per Dóminum.

**Mundet & múniat.**

*Si Dominicę post Pentecosten fuerint plures vigintiquatuor, tunc post vigesimam terciã resumantur (quod Orationes, Epistolas & Euangelia) Missę Dominicanarum quę super fuerunt post Epiphaniã hoc ordine.*

*Si Dominica fuerint vigintiquinque, in Dñica vigesima quarta dicitur Missa Dominicę vj. post Epiphaniã.*

*Si fuerint vigintisex, in Dominica vigesima quarta dicitur Missa Dóminicę quintę post Epiphaniã: & in vigesima quinta dicitur Missa Dóminicę sextę.*

*Si fuerint vigintiseptem, in Dominica vigesima quarta dicitur Missa Dóminicę iij. post Epiphaniã: in vigesima quinta, Dóminicę quintę, & in vigesima sexta, Dñicę vj.*

*Si fuerint vigintiocto, in Dominica vigesima quarta dicitur Missa Dóminicę iij. post Epiphaniã: in vigesima quinta, Dóminicę iij. in vi-*

*gesima sexta, Dóminicę v. in Dominica vigesimaseptima, Dóminicę vj.*

*Et vltimo loco semper dicitur Missa Dóminicę vigesimę quartę post Pentecosten.*

*Introitus autem Graduale, Offertorium, & Communio in prædictis Dóminicis, semper dicuntur vt in Dominica vigesima terciã post Pentec.*

**DOMINICA VIGESIMA**

*quarta post Pentecost.*

*Introitus, Graduale, Offertorium & Communio: vt in præcedenti Dominica.*

**Oratio.**



**X**cita, quæsumus Dómine, tuorum fidélium voluntates: vt diuini óperis fructum propénsius exequentes, pietátis tuę remédia maióra percipiant. Per Dóminum nostrum.

**A**cunctis. vt in prima Dominica post Pentecost.

**Lectio epistolę beati Pauli apóstoli ad Colossenses.**

**F**ratres: Non cessámus pro vobis orantes & postulantes, vt impleámini agnitióne voluntátis Dei, in omni sapientia & intellectu spiritali: vt ambulétis dignè, Deo per ómnia placentes: in omni ópere bono fructificantes, & crescentes in sciéntia Dei: in omni virtúte confortati secúndum poténtiam claritátis eius: in omni patientia & longanimitáte: cum gaudio grátias agentes Deo & patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lúmine: qui erípuit nos de potestate

Cap. 4.

testate

testate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suae: in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum. In Christo Iesu Domino nostro.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Mattheum.**

Ca. 24.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cum videritis abominationem desolationis quae dicta est a Daniele propheta, stante in loco sancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Vae autem praegnantibus & nutriendis in illis diebus. Orate autem, ut non fiat fuga vestra hyeme, vel sabato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque; modo, neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. Surgent enim pseudo Christi & pseudo prophetae: & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce praedixi vobis. Si ergo dixerint vobis. Ecce in deserto est: nolite exire. Ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret usque in Occidentem: ita erit adventus filij hominis. Vbicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilae.

Cap. 6.

Statim autem post tribulationem dierum illorum. Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellae cadent de caelo, & virtutes caelorum commovebuntur: & tunc parabitur signum filij hominis in caelo. Et tunc plangent omnes tribus terrae, & videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa & maiestate. Emitteret angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis caelorum usque ad terminos eorum. Ab arbore autem ficus discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est aestas. Ita & vos, cum videritis haec omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico vobis, quia non praeteribit generatio haec, donec omnia haec fiant. Caelum & terra transibunt: verba autem mea non praeteribunt.

**Credo.**

**Secreta.**

**P**roptius esto Domine supplicationibus nostris: & populi tui oblationibus, precibusque susceptis, omnium nostrum ad te corda converte: ut a terrenis cupiditatibus liberati, ad caelestia desideria transeamus. Per Dominum. **Exaudi nos.**

**Postcommunio.**

**C**oncède nobis, quæsumus, Domine: ut per haec sacramenta quæ sumpsimus, quicquid in nostra mente vitiosum est, ipsorum medicamentis dono curetur. Per Dominum.

**Mundet & muniat. ut in prima Dominica.**

# PROPRIVM

## MISSARVM

### DE SANCTIS.

#### IN VIGILIAS AN cti Andreæ Apostoli.

#### INTROITVS.



**D**OMINVS  
secus mare Ga  
lilææ vidit du  
os fratres, Pe  
trum & Andrê  
am vocauit e  
os: venite post

me: faciam vos fieri piscatores ho  
minum. **Psalm.** Cæli enarrat glo  
riam Dei, & opera manuum eius an  
nunciat firmamentum. **V.** Glória pa  
tri & filio.

#### Oratio.

**Q**uæsumus, omnipotens Deus,  
vt beatus Andreæ apostolus,  
tuum pro nobis impleret auxili um  
vt, à nostris reatibus absoluti, à cunctis  
etiam periculis eruamur. Per Dñm.

#### Pro commemoratione sancti

#### Saturnini martyris.

#### Oratio.

**D**eus, qui nos beati Saturnini  
martyris tui concedis natali  
tio perfrui: eius nos tribue me  
ritis adiuuari. Per Dominum.

**Si Vigilia sancti Andreæ venerit  
in Aduentu, Missa dicitur de Vigilia,**

& secunda Oratio erit de Aduentu,  
tertia de sancto Saturnino. Si festum  
sancti Andreæ venerit Feria ij. Missa  
de Vigilia dicitur in Sabbatho, & secun  
da Oratio de sancta Maria. **Concede.**  
Tertia **Eclésiæ**, vel pro Papa: & com  
memorat. sancti Saturnini fit in Dô  
minica. Quod & in alijs vigilijs, exce  
pta Vigilia Natiuitatis Domini, ser  
uatur. Si autem festum sancti Andreæ  
venerit in Dominica, transfertur in  
Feriam ij. & Missa de Vigilia dicitur  
in Sabbatho cū cōmemoratione san  
cti Saturnini, vt supra: & tertia Ora  
tio erit de sancta Maria. **Concede.**

#### Lectio libri Sapiëntiæ.

**B**enedictio Domini super caput iu  
sti. Ideo dedit illi Dominus hæ  
reditatem: & diuisit ei partem in tri  
bubus duodecim: & inuenit gratiam  
in conspectu omnis carnis. Magnificâ  
uit eum in timore inimicorum: & in  
verbis suis monstra placauit. Glorifi  
câuit eum in conspectu regum, & o  
stendit illi gloriã suam. In fide & le  
nitãte ipsius, sanctum fecit illum: &  
elêgit eum ex omni carne. Et dedit il  
li corã præcepta, & legem vitæ, &  
disciplinæ: & excelsum fecit illũ. Stã  
tuit illi testamentum æternum, & cir  
cūcinxit eum zona iustitiæ. Et induit  
eum Dominus corõnam glõriæ.

Ec. 44  
& 45

Grada

Fl. 138.

**Graduale.** N imis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorū. **V.** Dinumerabo eos: & super arenam multiplicabuntur.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Ioannem.**

Cap. 1.



**I**N ILLO TEM pore. Stabat Ioannes, & sex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulante, dicit. Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis. Quid queritis? Qui dixerunt ei. Rabbi (quod dicitur in interpretatum, magister) ubi habitas? Dicit eis. Venite: & videte. Venerunt, & viderunt ubi maneret: & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus qui audierant a Ioanne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic, primum, fratrem suum Simonem: & dixit ei. Inuenimus Messiam, quod est interpretatum, Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus, dixit. Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatum est Petrus. In crastinum voluit exire in Galilaeam: & inuenit Philippum. Et dixit ei Iesus. Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida, ciuitate Andreae, & Petri. Inuenit Philippus Nathanael: & dicit ei. Que scripsit Moyses in lege & propheta: inuenimus, Iesum filium

Ioseph, a Nazareth. Et dixit ei Nathanael. A Nazareth potest aliquid boni esse? Dixit ei Philippus. Veni, & vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se: & dicit de eo. Ecce, verum Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael. Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei. Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael: & ait. Rabbi: tu es filius Dei. tu es rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei. Amen, amen dico vobis: videbitis caelum apertum, & angelos Dei ascendentes, & descendentes supra filium hominis.

**Offertorium.** Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. **Secreta.**

**S**acrandum tibi, Domine, munus offerimus: quo beati Andreae sollemnia recolentes, purificationem quoque nostris mentibus imploramus. Per.

**Pro commemoratione sancti Saturnini martyris. Secreta.**

**M**vnera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedete beato Saturnino martyre tuo, per haec eadem nos placatus intende. Per.

**Communio.** Dixit Andreas Simonis fratri suo: inuenimus Messiam, qui dicitur Christus: & adduxit eum, ad Iesum. **Postcommunio.**

**P**erceptis Domine, sacramentis, suppliciter exoramus: ut, intercedente beato Andrea apostolo tuo, que pro illius veneranda gerimus passione,

ne,

ne, nobis proficiant ad medelam. Per  
Dóminum noſtrum.

Pro commemoratione ſancti Sa-  
turnini. Poſtcómunio.

**S**anctificet nos, quæſumus Dómi-  
ne, tui perceptio ſacramenti: & in  
terceſſiõne ſanctórum tuórum tibi  
reddat accéptos. Per Dóminum.

Si ſequens feſtum ſancti Andrea  
uenerit in Dñica, transfertur in ſequé-  
tem dié duplici feſto non impedita:  
quod & de alijs feſtis duplicibus & ſe-  
miduplicibus, in Dominicis Aduen-  
tus occurrentibus, ſeruatur: & in illis  
ſemper fit commemoratio de Aduen-  
tu. De ſimplicibus autem toto Aduen-  
tu fit tantum commemoratio.

## INFESTO SANCTI

Andreae Apoſtoli

Introitus.



**M**ih i Autem  
nimis honorá-  
ti ſunt amici tui Deus  
nimis confortátus eſt  
principátus eórum.

Psalm.

Dómine probaſti me, & cognouiſti  
me: tu cognouiſti ſeſſiõnem meam,  
& reſurrectiõnem meam. *¶* Glória  
patri.

Oratio.

**M**aiestátem tuam Dómine ſup-  
pliciter exorámus: vt, ſicut ec-  
cléſiæ tuæ beatus Andreas apóſtolus  
éxtitit prædicator & rector: ita apud  
re, ſit pro nobis perpetuus intercéſ-  
ſor. Per Dóminum.

Lectio epíſtolæ beati Pauli apó-  
ſtoli ad Romanos.

**F**ratres: Corde créditur ad iuſti- Cap. 10  
tia: ore auté, confeſſio fit ad ſaluté

Dicit enim Scripturá. Omnis qui cre-  
dit in illum, non confundetur. Non  
enim eſt diſtinctio Iudæi & Græci.  
Nam idem Dóminus ómnium, diues  
in omnes qui inuocant illum. Omnis  
enim quicúnque inuocauerit nomen  
Dómini: ſaluus erit. Quómodo ergo  
inuocabunt, in quem non crediderunt?  
Aut quómodo credent ei quem non  
audierunt? Quómodo auté audiet ſi-  
ne prædicante? Quómodo verò præ-  
dicabunt, niſi mittantur? Sicut ſcriptũ  
eſt. Quam ſpecióſi pedes euangelizá-  
tium pacem, euangelizantium bona.  
Sed non omnes obediunt euangélio.  
Iſaias enim dicit. Dómine, quis crédi-  
dit auditui noſtro? Ergo fides, ex audí-  
tu: auditus autem, per uerbum Chri-  
ſti. Sed dico. Nunquid non audierunt?  
Et quidem in omnem terram exiuit  
ſonus eórum: & in fines orbis terræ  
uerba eórum.

**Graduale.** Conſtitues eos princi- Pf. 44  
pes ſuper omnem terram: memores  
erunt nóminis tui Dñe. *¶* Pro patri-  
bus tuis nati ſunt tibi filij: propterea  
pópuli confitebuntur tibi. Alleluia,  
alleluia. *¶* Dilèxit Andréam Dñs in  
odórem ſuauietatis, Alleluia.

Sequèntia ſancti euangélii  
ſecúndum Matthæum.

**I**n illo tẽpore: Ambuláſ Ieſus iux- Cap. 4  
ta mare Galilææ, uidiſ duos fratres,  
Simónem qui uocatur Petrus, & An-  
dréam



Andream fratrem eius, mittentes rete in mare (erant enim piscatores) & ait illis. Venite post me: & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo, relictis retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui, cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus, & patre, secuti sunt eum.

Pc. 138.

**Dicitur.** **C**redo. **Offertorium.** **M**ihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. **Secreta.**

**S**acrificium nostrum tibi Domine, quaesumus, beati Andree apostoli tui precatio sancta conciliet: ut, in cuius honore solenniter exhibetur, eius meritis efficiatur acceptum. Per.

**Præfatio de Apostolis.**

Mat. 4

**Communio.** **V**enite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: at illi, relictis retibus & naui, secuti sunt Dominum. **Postcommunio.**

**S**umpsimus, Domine, diuina mysteria beati Andree festiuitate lætantes: quæ sicut tuis sanctis ad gloriam, ita nobis, quaesumus, ad veniam prodesset perficias. Per Dominum.

Die 2.

**FESTA DECEMBRIS.**

**Pro commemorat. sanctæ Bibianæ virginis & mart. Oratio.** Indulgentiam, cum sua **Secreta, & Postcomu. de communi virginum.** fol. 30.

Die 4.

**Pro commemo. sanctæ Barbaræ virginis & martyris. Oratio.** Deus qui inter cætera. **Cum sua Secreta, & post**

**communi. de comun. virg.** fol. 28.

**Pro commemoratione sancti Sabbæ Abbatis. Oratio.**



**I**ntercessio nos, quaesumus Domine, beati Sabbæ Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur. Per. **Secreta.**

**S**acris altaribus, Domine hostias super positas sanctus Sabbas, quaesumus, in salutem nobis prouenire deprecatur. Per Dominum.

**Postcommunio.**

**P**rotegat nos, Domine, cum tui perceptione sacramenti beatus Sabbas pro nobis intercedendo: ut & conuersationis eius experiamur insignia, & intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per Dominum.

**INFESTO SANCTI  
Nicolai Episcopi & confessoris.**

**Introitus.**



**S**tatu it ei Dominus testamentum pacis: & principem fecit eum: ut sit illi sacerdotij dignitas in æternum.

**Psalm.**

Meménto Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius. **Glória patri.**

**Oratio.**

**D**eus, qui beatum Nicoláum pontificem tuum innúmeris decorasti miraculis: tribue, quaesumus: ut eius meritis & precibus, à gehennæ incendijs liberemur. Per Dominum.

**Epistola.** Mementote prætorum.

Hb

de

de communi confess. pontif. fol. 21.

**Graduale.** Inveni David seruum meum: oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocébit ei. **Alleluia, alleluia.**

**V.** Iustus ut palma florébit, sicut cedrus Libani multiplicabitur, alleluia.

**Euangelium.** Homo quidam peregrè proficiscens. **de communi confessor. pont. fol. 19.** **Offertorium.**

**V.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

**S**anctifica, quæsumus, Dñe Deus hæc mûnera: quæ in solennitate sancti antistitis tui Nicolai offerimus: ut per ea, vita nostra inter aduersa & próspera ubique dirigatur. Per Dñm.

**Communio.** Semel iuravi in sancto meo: semen eius in ætèrnum manébit: & sedes eius sicut sol in conspèctu meo: & sicut luna perfecta in ætèrnum, & testis in cœlo fidelis.

**Postcommunio.**

**S**acrificia, quæ sumpsimus, Dñe, pro solennitate sancti pontificis tui Nicolai, sempiterna nos protectiõne conseruent. Per Dòminum.

**IN FESTO SANCTI Ambrosij Episcopi & confessoris ac doctoris Ecclesie. Introitus**



In medio ecclesie aperuit os eius & impleuit eum Dòminus spiritu sapientiæ & intellectus stolam gloriæ induit eum.

**Palm.** Bonum est confitèri Dòmino, & psallere nòmini tuo altissime. **V.** Glòria patri. **Oratio.**

**D**eus, qui pòpulo tuo æternæ salutis beatum Ambrosium ministrum tribuisti: præsta quæsumus: ut quem doctòrè vitæ habuimus in terris, intercessòrem habere mereamur in cœlis. Per Dñm nostrum Iesum.

**Epistola.** Testificor coram Dèo. **de communi Doctorum. fol. 22.**

**Graduale.** Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. **V.** Nò est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. **Ec. 4**

**Alleluia, alleluia.** **V.** Iurauit Dòminus, & non poenitebit eum: tu es sacerdos in ætèrnum secundum ordinem Melchisedec. **Alleluia.** **Pf. 109**

**Euangelium.** Vos estis sal terræ. **de communi Doctorum. fol. 23.**

**Et dicitur Credo.** **Offertorium.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.** **Pf. 88**

**O**mnipotens sempiternæ Deus, mûnera tuæ maiestati oblata, per intercessiõnem beati Ambrosij confessoris tui atq; pòtificis, ad perpètuam nobis fac peruenire salutem. Per Dñm.

**Communio.** Semel iuravi in sancto meo: semen eius in ætèrnum manébit, & sedes eius sicut sol in conspèctu meo: & sicut luna perfecta in ætèrnum: & testis in cœlo fidelis. **Pf. 88**

**Postcommunio.**

**S**acramenta salutis nostræ suscipiens, concède, quæsumus omnipotens

potens Deus: beati Ambrosij confessoris tui atq; pontificis nos ubiq; oratio adiuuet: in cuius veneratione hac tuae obtulimus maiestati. Per Dñm.

**Die. 8.** In Conceptione beatae Mariae dicitur Missa de eius Natiuitate, quae habetur mense Septembris, mutato nomine Natiuitatis in Conceptionem.

**Die. 10.** Pro commemoratione sancti Melchiadis Papae & martyris. Oratio. Infirmi- tatem. cum suis Secreta, & Postcommunione. De communi vnus martyris pontif. fol. 2.

**Die. 11.** INFESTO SANCTI Damasi Papae & confessoris. Introitus.

**Pf. 131.**



Acerdotes tui, Domine, induant iustitiam: & sancti tui exultent: propter David seruum tuum non auertas faciem

**Ibidé.** Christi tui. **Psalni.** Meménto Domine David, & omnis mansuetudinis eius, **Ps.** Glória. Oratio.

**E**Xaudi Dñe preces nostras: & intercedente beato Damaso confessoris tuo atq; pontifice, indulgentiam nobis tribue placatus, & pacem. Per.

**Ec. 44.** **Epistola.** Plures facti sunt Sacerdotes. de communi confessor. Pontif. fol. 20. **Graduale.**

**E**cce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. **Ps.** Non est inuentus similis illi, qui cõseruaret legem excelsi.

**Pf. 106.** **A**lleluia, alleluia. **Ps.** Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, Alleluia.

**Euangelium.** Vigilate, quia nescitis. de eodem communi fol. 21.

**Offertoriũ.** Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. **Secreta.**

**A**ccēpta tibi sit, quæsumus Dñe, sacratae plebis oblatio, pro tuorum honore sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dominum.

**Communio.** Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum: euge serue fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. **Postcommunio.**

**D**A, quæsumus Dñe, fidelibus populis, sanctorum tuorum semper veneratione letari: & eorum perpetua supplicatione muniri, Per Dñm.

INFESTO SANCTÆ Lucie virginis & mart.

Introitus.



Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, confortibus tuis. **Psalni.**

Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. **Ps.** Glória.

Oratio.

**E**Xaudi nos Deus salutaris noster: ut, sicut de beata Lucia virginis & martyris tue festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur effectus. Per Dominum nostrum.

**Epistola.** Qui gloriatur, in gloria gloriatur.

rietur. *de communi virg.* fol. 31.

*Graduale.* Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. *Ps.* Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.

*Alleluia, alleluia.* *Ps.* Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te Deus in æternum, Alleluia.

*Euangelium.* Simile est regnum cælorum thesauro abscondito. *de communi virg. & mari.* fol. 30.

*Offertorium.* Afferentur regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi. *Secreta.*

**A**ccēpta tibi sit, Dōmine, sacratę plebis oblatio, pro tuōrum honore sanctōrum: quorum se meritis percipisse de tribulatione cognoscit, auxiliū. Per Dōminum.

*Communio.* Principes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meum: lætabor ego super eloquia tua, quasi qui inuenit spolia multa. *Postcommunio.*

**S**atiasti, Dñe, familiam tuam muneribus sacris: eius, quæsumus, semper interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per Dñm.

*In Vigilia sancti Thomæ dicitur Missa. Ego autē sicut oliua. de vigilia vnus apostoli fol. 1. cum commemoratione de Aduentu: & in ea seruetur rubrica in vigilia S. Andreæ posita. Si autem hæc vigilia venerit in Quatuor temporibus, de ea fit tantum commemoratione.*

**INFESTO SANCTI**

**Thomæ Apostoli.**

*Introitus.*



Ihi autē nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorū. *Ps. 48.*

*Psalm.* Domine proba *ibid.*

basi me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. *Ps.* Glōria patri & filio & spiritui sancto. *Oratio.*

**D**A nobis, quæsumus, Dñe, beati apostoli tui Thomæ solennitibus gloriari: ut, eius semper & patrocinis subleuemur, & fidem, congrua deuotione sectemur. Per Dēminum

*Lectio epistolę beati Pauli apostoli ad Ephesios.*

**F**Ratres: iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctōrum & domestici Dei, super edificati supra fundamentum apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino. In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei, in spiritu sancto. *cap. 2.*

*Graduale.* Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorū. *Ps. 48.* *Ps.* Dinumerabo eos: & super arēnam multiplicabuntur. *Alleluia, alleluia.* *Ps.* Gaudete iusti in Dōmino: rectos decet collaudatio. Alleluia.

*Sequentia sancti euangeliij secundum Ioānnem.*

**I**N illo tempore: Thomas vnus de *Ps. 23.* duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus.

Dixit

Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidi-  
mus Dñm. Ille autem dixit eis. Nisi  
videro in manibus eius fixuram cla-  
uorum, & mittam digitum meum in lo-  
cum clauorum, & mittam manum  
meam in latus eius: non credam. Et  
post dies octo, iterum erant discipuli  
eius intus: & Thomas cū eis. Venit Ie-  
sus ianuis clausis, & stetit in medio, &  
dixit. Pax vobis. Deinde dicit Tho-  
mæ. Infer digitum tuum huc, & vide ma-  
nus meas, & affer manum tuam, & mit-  
te in latus meum, & noli esse incredu-  
lus, sed fidelis. Respondit Thomas, &  
dixit ei. Dñm me & Deus meus  
Dicit ei Iesus. Quia vidisti me, Tho-  
ma, credidisti, Beati qui non viderunt,  
& crediderunt.

**Dicitur Credo.**

Pf. 18.

**Offertorium.** In omnem terram  
exiuit sonus eorum: & in fines orbis  
terræ verba eorum.

**D**ebitu tibi, Dñmine, nostræ red-  
dimus seruitutis, suppliciter ex-  
orantes: vt suffragijs beati Thomæ a-  
póstoli tui, in nobis tua múnera tueâr-  
ris: cuius honoráda cōfessiōne, laudis  
tibi hostias immolamus. Per Dñm.

**Præfatio de Apostolis.**

Ioá 20

**Communio.** Mitte manum tuam,  
& cognosce loca clauorum: & noli es-  
se incredulus, sed fidelis. **Postcóm.**

**A**desto nobis misericors Deus: &  
intercedete pro nobis beato Tho-  
ma apóstolo tuo, tua circa nos propi-  
tius dona custodi. Per Dñm.

**FESTA IANVARII.**

**Pro commemoratione sancti Hi-**

glinij Papæ & martyris. **Oratio.**  
**I**nfirmiãtem cum suis Secreta, &  
**Postcommunio.** de comuni vnus  
martyris pontif. fol. 2.

**Tertia Oratio dicitur de sancta Ma-  
ria. Deus qui salúis.**

**In festo sancti Hilarij Episcopi, &  
Confessoris. Missa.** In medio eccle-  
siaz. de comuni Doctorum. fol. 22.  
& in ea fit sequens commemoratio.

**Pro commemoratione sancti Feli-  
cis in Pincis. Oratio.**

**C**oncède, quæsumus, omnipo-  
tens Deus: vt ad meliorem vitã,  
sanctorum tuorum exempla nos pro-  
uocent: quatenus quorum solennia  
ágimus, etiam actus imitemur.

**Tertia oratio dicitur de sancta Ma-  
ria. Deus qui salúis.**

**H**ostias tibi, Dñmine, beati Feli-  
cis martyris tui dicatas méritis  
benignus assúme: & ad perpetuum no-  
bis tribue prouenire subsidium.

**Postcómunio.**

**Q**uæsumus, Dñe, salutaribus re-  
pleti mysterijs: vt beati Felicis  
martyris tui: cuius solennia celebra-  
mas, orationibus adiuuemur.

**Si contingat festum sancti Hilarij  
transferri in alium diem, non tamen  
prædicta commemoratio sancti Feli-  
cis transferatur, sed de eadem suo die  
quod & in alio sequenti festo, & in se-  
milibus semper ferriatur.**

**INFESTOS ANCTI**

**Pauli primi Eremitæ.**

**Introitus.**

**I**ustus, ut palma, florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur: plantatus in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri.

**Psalm.** Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo altissime.  
**Gloria patri. Oratio.**

**D**eus, qui nos beati Pauli confessoris tui annua solennitate lætificas concede, propiti: ut cuius natalitia colimus, etiam actiones imitemur. Per.

**Pro commemoratione sancti Mauri Abbatis. Oratio.**

**I**ntercessio nos, quæsumus, Domine, beati Mauri Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, eius patrocinio assequamur.

**Tertia de sancta Maria, Deus qui salutis.**

**Epistola. Quæ mihi fuerunt lucra. de comun. confess. non pont. fol. 26.**

**Graduale. Iustus, ut palma, florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Domini. Ad annum ciadum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. Iustus germinabit sicut liliū: & florebit in æternum ante Dominum, Alleluia.**

**Euangelium. Confiteor tibi pater. de comuni plurimorum martyru. fol. 17. Offertorium.**

**I**n virtute tua Domine lætabitur iustus: & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ eius tribuisti ei.

**Secreta.**

**L**audis tibi Domine hostias immolamus: in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos & presentibus exui malis confidimus, & futuris. Per Dominum.

**Pro commemoratione sancti Mauri Abbatis. Secreta.**

**P**resta nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut nostræ humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata sit honore sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet. Per Dñm.

**Communio. Lætabitur iustus in Dño, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. Postcommunio.**

**R**efecti cibo potuque cælesti, Deus noster, te supplices exoramus ut in cuius hæc commemoratione percipimus, eius muniamur & precibus. Per Dominum.

**Pro commemoratione sancti Mauri Abbatis. Postcommunio.**

**P**rotegat nos Domine cū tui perceptione sacramenti, beatus Maurus Abbas pro nobis intercedendo: ut & conuersationis eius experiamur insignia, & intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per Dominum.

**INFESTO SANCTI Marcelli Papæ & martyris. Die. 16**

**Introitus.**

**S**tatuisti ei Dominus testamentum pacis, & principem fecisti eum: ut sit illi sacerdotij dignitas in æternum. **Ec. 49**

**Psalm. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius. Gloria.**

**Ora**

## Oratio

**P**raeces populi tui, quaesumus Domine, clementer exaudi: vt beati Marcelli martiris tui atque pontificis meritis adiuuemur, cuius passionis latamur. Per Dominum.

**Epistola.** Benedictus Deus. de comuni vnus mart. pont. fol. 3.

**Ps. 88.** **Graduale.** Inveni Dauid seruum meum: oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

**Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocet ei.**

**Ps. 150.** **Alleluia, alleluia.** Tu es Sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedec, Alleluia.

**Euangelium.** Si quis vult venire post me. de eodem communi. fol. 4.

**Ps. 88.** **Offertorium.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

## Secreta.

**S**uscipe, quaesumus, Domine, munera dignanter oblata: & beati Marcelli suffragantibus meritis, ad nostrae salutis auxilium provenire concede. Per Dominum.

**Ma. 25.** **Communio.** Domine quinque talenta tradidisti mihi: ecce alia quinque super lucratus sum: euge serue bone, & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. **Postcommunio.**

**S**atiasti Domine familiam tuam muneribus sacris: eius quaesumus, semper interuentione nos refoue, cuius solennia celebramus. Per Dominum.

**In festo sancti Antonij Abbatis Missa.**

**O s i u s t i .** de communi Abbatum, fol. 27. cum euangelio. **S i n t l u m b i** vestri praecincti. de communi confess. non pont. fol. 24.

**I N F E S T O C A T H E D R A E** sancti Petri, qua Romae primum sedit. **Introitus.**



Tatu it ei Dominus testamentum pacis & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in aeternum. **Psalm.**

Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius. **Gloria patri.**

## Oratio.

**D**eus, qui beato Petro apostolo tuo, collatis clauibus regni caelestis, animas ligandi, atque soluendi, pontificium tradidisti: concede: vt intercessionis eius auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis.

**Et fit commemorat. de sancto Paulo ante quascunque commemorationes etiam Dominice: quod & seruetur in commemorat. sancti Petri qua fit in festo sancti Pauli.** **Oratio.**

**D**eus, qui multitudinem gentium beati Pauli apostoli praedicatione docuisti: da nobis, quaesumus: vt, cuius commemorationem colimus, eius apud te patrocinia sentiamus.

**Pro commemorat. sanctae Priscae virginis & martyris.** **Oratio.**

**D**eus, quaesumus, omnipotens Deus: vt, qui beatae Priscae virginis & martyris tuae nativitate

tia colimus, & annua solennitate lætēmur, & tantę fidei proficiāmus exēplo. Per Dominum.

**Lectio epistolę beati Pauli apóstoli.**

**P**etrus Apóstolus Iesu Christi, élētis aduenis dispersiōnis Ponti, Galatię, Cappadocię, Asię, Bithynię: secundum præscientiam Dei patris, in sanctificatiōem spiritus, in obediētiā & aspersiōnem sanguinis Iesu Christi: grátia vobis, & pax multiplicētur. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secūdum magnā misericordiā suam regenerāuit nos in spem viuam, per resurrectiōnem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatē in corruptibilem, & in contaminatā, & immarcescibile, conseruatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidē, in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis: modicū nunc, si oportet, cōtristati in varijs tentatiōnibus: vt probatio vestrę fidei, multo preciosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, & glóriam, & honorem, in reuelatiōnem Iesu Christi Domini nostri.

**Graduale.** Exaltent eum in ecclesia plebis, & in cathedra seuiōrum laudent eum. Confiteantur Dōmino misericordię eius, & mirabilia eius filijs hominum.

**Si festum Cathedrę venerit ante Septuagesimā, post Graduale dicitur.**

Alleluia, alleluia. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiā

meam, Alleluia.

**Si autem venerit post Septuagesimam, omisso, Alleluia, & versu dicitur sequens Tractus Tu es Petrus, &**

Ma. 16

**Sequentia sancti euangelij secundum Matthæum.**

**I**n illo tempore: Venit Iesus in partes Cæsareę Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens. Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptistā: alij autem Eliam: alij verò Hieremiam: aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit. Tu es Christus filius Dei viui. Respondens autem Iesus, dixit ei. Beatus es Simon Bar Iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et portę inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis.

**Credo. Offertorium.**

Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portę inferi non præualebunt aduersus eam:

Ma. 16

&



& tibi dabo clauēs regni cœlorum.

**Secreta.**

**E**cclēsiæ tuæ, quæsumus, Dômine, preces & hostias beati apôstoli tui Petri cômendat oratio: vt, quod pro illius glôria celebramus, nobis profit ad veniam. Per Dôminum.

**Pro sancto Paulo. Secreta.**

**A**pôstoli tui Pauli præcibus, Dñe, plebis tuę dona sanctifica. vt, quę tibi tuo grata sunt instituto, grauiora fiant patrocínio supplicantis.

**Procôm memoratiōe sanctæ Priscæ.**

**Secreta.**

**H**ostiam, quæsumus, Dômine, quam in sanctôrum tuôrum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per Dôminum nostrum.

**Præfatio de Apostolis.**

**Ma. 16. Communio.** Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclēsiam meam. **Postcommunio.**

**L**ætificet nos, Dômine, munus oblatum: vt sicut in apôstolo tuo Petro te mirabilem prædicamus, sic per illum tuæ sumamus indulgentiæ largitatem. Per Dôminum.

**Pro sancto Paulo. Postcôm unio.**

**S**anctificati, Dômine, salutari mysterio, quæsumus: vt pro nobis eius non desit oratio, cuius nos donasti patrocínio gubernari.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus, Dômine, salutariibus repleti mysterijs: vt, cuius

solēnnia celebramus, eius orationibus adiuuemur. Per Dôminum.

**SANCTORVM MARTYRUM** Marij, Marthæ, Audifacis, & Abachum. **Introitus.**



Visi epulentur & exultent in conspectu Dei, & delectentur in lætitia. **Psalm.**

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. **Ps.** Gloria

**Oratio.**

**E**xaudi, Dômine, pópulum tuum cum sanctôrum martyrum tuôrum patrocínio supplicansem: vt & temporalis vitæ nobis tribuas pacem gaudere, & æternæ reperire subsidiū. Per Dôminum nostrum Iesum.

**Epistola.** Rememoramini pristinos dies. **de côm. pluri. mart.** fol. 15.

**Graduale.** Iustorum animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum malitiæ. **Ps.** Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace. **Alleluia, alleluia.** **Ps.** Mirabilis Deus noster in sanctis suis, **Alleluia.**

**Si hoc festum venerit post Septuagesimam dicitur Tractus de communi plurimorum marty. Quod & seruatur in sequentibus festis venientibus post Septuag. vsque ad Dñicam Palmarum, nisi proprius tractus assignentur.**

**Euangeliū.** Sedente Iesu super montem oliueti. **de eodem côm.** fol. 15.

**Offertoriū.** Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium: & nos liber

**Secreta.**

**P**Reces, Dómine, tuórum réspice, oblatiõesque fidelium: vt, & tibi grata sint pro tuóru festiuitate sanctorum, & nobis conferant tuæ propitiatiõnis auxiliũ. Per Dóminum.

**Communio.** Dico autem vobis amicis meis: ne terréamini ab his, qui vos persequuntur. **Postcommunio.**

**S**anctorum tuórum, Dómine, intercessiõne placatus, præsta, quæsumus: vt quæ temporali celebramus actiõne, perpétua saluatiõne capiámus. Per Dóminum nostrum.

**INFESTO SANCTORVM**  
martyrum Fabiani & Sebastiani.

**Introitus.**

**N**trét in cõspéctu tuo, Dñe, gémitus compeditóru: redde vicinis nostris septuplũ in sinu eórum:

víndica sanguiné sanctorum tuórum qui effusus est. **Psalm.** Deus venérunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalém in pomórum custodiam. **Gloria patri. Oratio.**

**I**nfirmítatem nostram réspice omnipotens Deus: & quia pódus propriæ actiõnis grauat: beatóru mártýru tuórum Fabiani & Sebastiani intercessio gloriósa nos protegat. Per Dñm.

**Epistola.** Sancti per fidem. **de com**

muni plurimo. **mart.** fol. 17.

**Graduale.** Gloriósus Deus in sanctis suis: mirabilis in maiestáte, faciès prodigia. **D**extera tua Dñe glori ficata est in virtúte: dextera manus tua cõfrégit inimicos. **Alleluia, alleluia.**

**V.** Sancti tui Dómine benedicent te: **Ps. 44.** glóriam regni tui dicent. **Alleluia.**

**Euangelium.** Descéndens Iesus de monte. **de eodem comun.** fol. 14.

**Offertorium.** Lætámini in Dómino, & exultáte iusti: & gloriámini omnes recti cõrde. **Secreta.**

**H**ostias tibi, Dómine, beatórum mártýrum tuóru Fabiani & Sebastiani dicatas méritis benignus assũme: & ad perpétuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dóminum.

**Communio.** Multitúdo languentium, & qui vexabantur à spiritibus immúndis, veniebát ad eum: quia virtus de illo exibat, & sanábat omnes. **Luc. 6.**

**Postcommunio.** **R**efecti participatiõne múnus sacri, quæsumus, Dómine Deus noster: vt, quorum exequimur cultũ, sentiámus effectum. Per Dóminum.

**INFESTO SANCTÆ** **Die. 24**

**Agnæ virginis & mart.**

**Introitus.**

**M**e expectauerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua Dómine intellexi omnis cõfirmatiõnis vidi finem: **Ps. 118.**

latum mandátum tuum nimis.

**Psalm.** Beati immaculati in via,

qui

qui ambulat in lege Domini. *Ps.* Gló-  
ria patri. *Oratio.*

**O**mnipotens sempiternus Deus,  
qui infirma mundi eligis, ut for-  
tia quæq; confundas: concède propi-  
tius: ut, qui beatæ Agnētis virginis &  
martyris tuæ solennia colimus, eius  
apud te patrocina sentiāmus. Per.

*Epistola.* Confitebor tibi Domine  
rex. *de communi virginum & mar-  
tyrum.* fol. 28.

*Ps. 44.* *Graduale.* Diffusa est grátia in lá-  
bijs tuis: & propterea benedixit te De-  
us in æternū. *Ps.* Propter veritatem,  
& mansuetudinem & iustitiam: & de-  
ducet te mirabiliter dextera tua. *Alle-  
luia, alleluia.*

*Ma. 25.* *Euangelium.* Quinque prudentes  
virgines accepérunt óleum in vasis  
suis cum lampádibus: média autem  
nocte clamor factus est: ecce, sponsus  
venit: exite obviam Christo Domi-  
no, Alleluia.

*Ps. 44.* *Offertoriū.* Simile est regnum coelorum decé vir-  
ginibus. *de eodem comun.* fol. 29.

*Ps. 44.* *Offertoriū.* Afferentur regi virgines  
post eam: proximæ eius afferetur tibi  
in lætitia, & exultatione: adducuntur  
in templum regi Dño. *Secreta.*

**H**ostias Domine, quas tibi offeri-  
mus, propitius suscipe: & inter-  
cedente beata Agnête virgine & mar-  
tyre tua, vincula peccatorum nostró-  
rum absolue. Per Dominum.

*Ma. 25.* *Communio.* Quinque prudentes  
virgines accepérunt óleum in va-  
sis suis cum lampádibus: média autē  
nocte clamor factus est: ecce, sponsus  
venit: exite obviam Christo Domino.

*Postcommunio.*

**R**efecti cibo potuq; cælesti, Deus  
noster, te supplices exoramus: ut  
in cuius hæc cōmemoratione percépi-  
mus, eius muniāmur & precibus. Per.

*In festo sanctorum martyrum Vin-  
centi: & Anastasij. Missa.* Intret in  
conspéctu tuo. *de comuni plurimorū  
mar* fol. 12. *excepta oratione, quæ  
dicitur ut infra.* *Oratio.*

**A**desto, quæsumus, Domine, sup-  
plicationibus nostris: ut, qui ex  
iniquitate nostra reos nos esse cōgnó-  
scimus, beatórum martyrum tuórum  
Vincéntij & Anastasij intercessiōne  
liberēmur. Per. *Secreta.*

**M**unētibus nostris, quæsumus  
Domine, precibusq; susceptis:  
& cælestibus nos munda mystérijs, &  
clementer exaudi. Per Dominum.

*Postcommunio.*

**Q**uæsumus, omnipotens Deus:  
ut, qui cælestia alimēta percé-  
pimus, intercedentibus beatis marty-  
ribus tuis Vincéntio & Anastasio, per  
hæc cōtra ómnia aduérsa muniāmur.  
Per Dominum nostrum.

*Sanctæ Emerentianæ virginis &  
mart. dicitur Missa.* Me expectauē-  
runt peccatores. *ut in comuni virgi-  
num & martyrum.* fol. 29.

**SANCTI TIMOTHEI,** *Di-*  
*Episcopi & martyris. Introitus.*

**T**atuit ei Dominus te-  
stamentum pacis, &  
principem fecit eum:  
ut sit illi sacerdotij di-  
gnitas in æternum.



**Psalm.** Meménto Dómine Dauid & omnis mansuetudinis eius. **G.** Glória patri.

**Oratio.**

**I**nfirmítatem nostram respice omnipotens Deus: & quia pondus propriæ actiõnis grauat, beati Timothei martyris tui atque pontificis intercessio gloriõsa nos protegat. Per Dñm.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Timotheum.**

**C**haríssime: Sectare iustitiã, pietatẽ, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitã æternam, in qua vocatus es, & confessus bonam confessiõnẽ coram multis testibus. Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia: & Christo Iesu, qui testimonium reddidit sub Põntio Pilato bonam confessiõnem: vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile vsque in aduentũ Dñi nostri Iesu Christi. Quem suis temporibus ostendet beátus & solus potens, rex regum & Dóminus dominantium: qui solus habet immortalitatem, & lucẽ habitat inaccessibile: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor & imperiũ sempiternũ. Amen.

**Graduale.** Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

**G.** Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non nocebit ei. **Alleluia, alleluia.** **G.** Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. **Alleluia.**

**Si dicendus sit tractus, requiratur in communi vnus martyris Pontif. Desiderium animæ. fol. 2.**

**Euangelium.** Siquis venit ad me. **de commun. vnus mart. pont. fol. 3.**

**Offertoriũ.** Veritas mea, & misericordia mea cũ ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. **Secreta.**

**H**ostias tibi, Dómine, beati Timothei martyris tui atque pontificis dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. Per Dóminum.

**Communio.** Semel iuravi in sancto meo: semen eius in æternum manebit: & sedes eius, sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta, in eternũ: & testis in celo fidelis. **Postcom.**

**R**efecti participatiõne muneris facti, quæsumus, Dómine Deus noster: vt beati Timothei martyris tui atq; pontificis, cuius exequimur cultum, sentiãmus effectum. Per Dñm.

**IN CONVERSIONE SANCTI PAULI APOSTOLI. Introitus.**



**S**cio, cui credidi, & certus sum, quia potes est depositum meum seruare in illũ diem, iustus iudex. **2. Ti. 1.**

**Psalm.** Dñe proba **Ps. 138.**

sti me, & cognouisti me: tu cognouisti lesiõnem meam, & resurrectiõnem meam. **G.** Glória. **Oratio.**

**D**eus, qui vniuersum mundum beati Pauli apostoli prædicatione docuisti: da nobis, quæsumus: vt, qui eius hodie cõuersiõnem colimus,

per

per eius ad te exempla gradiamur.  
Per Dóminum nostrum.

*Et fit commemoratio de sancto*

*Petro.*

*Oratio.*

**D**eus, qui beato Petro Apóstolo tuo, collatis clauibus regni cælestis, animas ligandi, atq; soluendi pontificium tradidisti: concède: vt intercessiõnis eius auxilio, à peccatõrũ nostrõrũ nexibus liberemur. Qui viuus.

*Lectio Actuum apostolorum.*

**Cap. 9.** **I**n dièbus illis. Saulus adhuc spirans  
iminarum, & cædis in discipulos dõmini, accessit ad principem sacerdotũ, & petiit ab eo epistolas in Damascũ ad synagõgas: vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Hierusalem. Et cum interfaceret, contigit vt appropinquaret Damasco: & subito circumfulsit eum lux de celo: & cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi. Saule, Saule, quid me persequeris: Quid dixit. Quis es Dómine? Et ille. Ego sum Iesus, quẽ tu persequeris. Durum est tibi contra stimulũ calcitrare. Et tremens ac stupens, dixit: Dómine, quid me vis facere? Et Dóminus ad eũ: Surge, & ingredere ciuitatem: & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autẽ illi qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audiẽtes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil vidẽbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus dièbus nõ videns: & non manducauit, neque bi-

bit. Erat autẽ quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illum in visu Dóminus. Anania. At ille ait. Ecce ego, Dómine. Et Dominus ad illum. Surge, & vade in vicum qui vocatur Rectus: & quere in domo Iudæ Saulum nõmine Tharensensem. Ecce enim arat. ( Et vidit virum Ananiam nõmine, introcũntem, & impo-  
nentẽ sibi manus, vt visum recipiat ) Respondit autẽ Ananias. Dómine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala sanctis tuis fecerit in Hierusalem. Et hic, habet potestatẽ à principibus sacerdotum, alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dñs: Vade, quoniam vas electiõnis mihi est iste, vt portet nomen meũ coram gẽtibus & rēgibus, & filiis Israel. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nõmine meo pati. Et abiit Ananias, & introiuit in domũ: & impõnẽs ei manus, dixit. Saule frater, Dñs Iesus misit me, qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt videas, & implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderũt ab oculis eius tanquã squamæ: & visum recẽpit. Et surgens baptizatus est. Et cum accipisset cibũ, confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagõgas, prædicabat Iesum: quoniã hic est filius Dei. Stupẽbant autem omnes qui eũ audiẽbat, & dicebat. Nõne hic est, qui expugnabat in Hierusalẽ eos, qui inuocabant nomẽ istud? & huc ad hoc venit, vt vin- illos dũ  
I ceree

erit ad principes sacerdotū. Saulus autem multo magis conualeſcēbat, & confundēbat iudæos qui habitabāt Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.

**Graduale.** Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est & mihi inter gentes: & cognouerunt gratiam Dei, quæ data est mihi. **V.** Gratia Dei in me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. **A**lleluia, alleluia. **V.** Tu es vas electiōnis sancte Paule: apostole ora pro nobis, Alleluia.

**Tractus sequens dicitur si hoc festū venerit post Dñica Septuagesimæ.**

Tu es vas electiōnis sancte Paule Apōstole: verè digne es glorificāndus. **V.** Prædicātor veritātis, & doctor gentium in fide, & veritate. **V.** Per te omnes gentes cognouerūt gratiam Dei. **V.** Intercēde pro nobis ad Deum, qui te elēgit.

**Sequentia sancti euangēlij  
secundum Matthæum.**

**I**n illo tempore: Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres, aut forōres, aut patrē, aut matrem, aut vxōrem, aut filios, aut agros, propter nomen meū: centuplū accipiet, & vitam æternā possidebit.

**Dicitur Credo.**

**Offertorium.** Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus, est principatus eorū. Ps. 138

**Secreta.**

**A**postoli tui Pauli precibus, Domine, plebis tuæ dona sanctifica: ut, quæ tibi tuo grata sunt instituto, gratiōra fiant patrocinio supplicātes. Per.

**Pro sancto Petro. Secreta.**

**E**cclēsiæ tuæ, quæsumus, Domine, preces & hostias beati apōstoli tui Petri cōmēdet oratio: ut, quod pro illius glōria celebrāmus, nobis profit ad veniam. Per Dōminum.

**Præfatio de Apostolis.**

**Communio.** Amen dico vobis Ma. 19  
quod vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

**Postcommunio**

**S**anctificati, Domine, salutari mysterio, quæsumus: ut pro nobis eius non desit oratio, cuius nos donasti patrocinio gubernari. Per Dōminum.

**Pro sancto Petro. Postcommu.**

**L**ætificet nos, Domine, munus oblatum: ut sicut in apōstolo tuo Petro, te mirabilem prædicāmus: sic per illum, tuæ sumāmus indulgentiæ largitatem. Per Dōminum.

**SANCTI POLYCARPI** Die. 26

**Episcopi & martyris. Introitus.**



**S**acerdotes Dei benedicite Dōminū: Dan. 3  
sancti, & humiles corde laudate Deū  
Psal. Benedicite omnia

omnia opera Domini Domino: laudare, & superexaltate eum in secula. ✠.

Glória patri.

Oratio.

**D**eus, qui nos beati Polycarpi martyris tui atque pontificis, annua solemnitate lætificas: concède propitius: ut cuius natalitia colimus, de eiusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum nostrum.

Lectio epistolæ beati Ioannis apostoli.

**1. Co. 3.** **C**harissimi: Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annuntiatio, quæ audistis ab initio: ut diligatis alterutrum. Non sicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iusta. Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei: quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.

Ps. 8.

**Graduale.** Glória & honore coronasti eum. ✠. Et constituisti eum super opera manuum tuarum Domine. Alleluia, alleluia. ✠. Hic est Sacerdos, quem coronauit Dominus, Alleluia. **Tractus si dicendus sit, de communi vnus martyris pontificis.** Beatus

uir, qui timet Dominum. fol. 4.

**Euangelium.** Si quis vult venire post me. de communi vnus martyris pontificis. fol. 4.

**Offertorium.** Inuenit Dauid seruum meum: oleo factio meo unxi eum manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

Secreta.

**M**vnera tibi, Domine, dicata sanctifica: & intercedente beato Polycarpo martyre tuo atque pontifice, per hæc eadem nos placatus intende. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Posuisti Domine in capite eius coronam de lapide preciosissimo. **Postcommunio.**

**H**æc nos communitio, Domine, purget à crimine: & intercedente beato Polycarpo martyre tuo atque pontifice, cælestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum nostrum.

**INFESTO SANCTI Ioannis Chrysoptomi Episcopi & confessoris.** **Introitus.**



**I**n medio ecclesie aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientie & intellectus: stolam glorie induit eum. **Psalmus.** Bonum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo altissime. ✠. Glória patri.

Oratio.

**E**cclēsiā tuā, quæsumus, Domine, grātia cælestis amplifcet quam beati Ioannis Chrysoptomiconfessoris tui atque pontificis illustrat

voluisti gloriosis meritis, & doctrinis.  
Per Dominum nostrum.

**Epistola.** Testificor. **de communi  
Doctorum.** fol. 22.

**Graduale.** Ecce sacerdos magnus  
qui in diebus suis placuit Deo. **Ps.** Nō  
est inuentus similis illi, qui conseruā-  
ret legem excelsi. **Alleluia, alleluia.**  
**Ps.** Beatus vir, qui suffert tentationē:  
quoniam cū probatus fuerit, acci-  
piet coronam vitæ, **Alleluia.**

**Post Septuagesimam, Tractus.**  
**Beatus vir, qui timet Dominum. de  
communi Doctorum.** fol. 23.

**Euangelium.** Vos estis sal terræ.  
**eadē cōmu.** fol. 23. **Et dicitur Credo.**

**Offertorium.** Iustus, vt palma, flo-  
rebit: sicut cedrus, quæ in Libano est,  
multiplicabitur. **Secreta.**

**S**ancti pontificis tui Ioannis Chry-  
sostomi nobis Domine pia nō de-  
fit oratio: quæ & mūnera nostra concē-  
dit, & tuam nobis indulgētiā sem-  
per obtineat. Per Dominum.

**Communio.** Fidelis seruus & pru-  
dens, quem constituit dominus super  
familiam suam: vt det illis in tēpo-  
re tritici mensuram. **Postcōmun.**

**V**t nobis, Domine, tua sacrificia  
dent salutem: beatus Ioannis  
Chrysostomus, pontifex tuus, & do-  
ctor egregius, quæsumus, precator ac-  
ceda. Per Dominum.

## SANCTÆ AGNETIS

**Secundo. Introitus.**

**V**LTVM tuum deprecā-  
būtur omnes diuites plebis  
adducētur regi virgines post

eam: proximæ eius adducētur tibi in  
lætitiā, & exultatione. **Psalmus.**

Eructauit cor meum verbum bonum:  
dico ego opera mea regi. **Ps.** Glória  
patri, & filio, & spīritui sancto.

**Oratio.**

**D**eus, qui nos annua beatæ Agnē-  
tis virginis & martyris tuæ solē-  
nitāte lætificas: da, quæsumus, vt quā  
venerāmur officio, etiā piæ conuer-  
sationis sequāmur exēplo. Per.

**Epistola.** Qui gloriatur. **de com-  
muni virginum.** fol. 31.

**Graduale.** S pēcie tua & pulchri-  
tūdine tua: intēde, prospere procēde  
& regna. **Ps.** Propter veritatem, &  
mansuetudinē, & iustitiam, & de-  
ducet te mirabiliter dextera tua. **Alle-  
luia, alleluia.** **Ps.** Adducētur regi vir-  
gines post eam: proximæ eius afferen-  
tur tibi in lætitiā, **Alleluia.**

**Post Septuagesimam, Tractus.**  
**Audi filia. de communi virg.** fol. 33.

**Euangelium.** S imile est regnum  
cœlōrum thesaurō abscondito in a-  
gro. **de eodem communi.** fol. 30.

**Offertorium.** Diffusa est grātia in labijs  
tuis, propterea benedixit te Deus in æ-  
ternū, & in sæculum sæculi. **Secreta.**

**S**uper has, quæsumus Domine, hō-  
stias benedictio copiōsa descēdat:  
quæ & sanctificationem nobis clemen-  
ter operetur: & de martyrum nos so-  
lemnitate lætificet. Per Dominum.

**Communio.** S imile est regnum  
cœlōrum hominī negotiatori querēn-  
ti bonas margaritas: inuenta vna præ-  
ciōsa margarita, dedit ōnia sua, & con-



parauit eam. **Postcommunio.**

**S**umpimus, Dñe, celebritatis annue votiuā sacramēta: præsta quæsumus: vt & temporālis vitæ nobis remēdia præbeant, & æternę. Per Dñm.

**Die 1. FESTA FEBRUARII.  
IN FESTO SANCTI.  
Ignatij Episcopi & martyris.**

**Introitus.**

Gal 6.



Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce dñomi nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego

Ps. 137. mundo. **Psalm.** Memēto, Dñmine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.

**Gloria patri. Oratio.**

**D**eus, qui nos beati Ignatij martyris tui, atque pontificis annua solemnitate lætificas: concēde propitius: vt cuius natalitia cōlimus, de eiusdem etiā protectione gaudeāmus. Per Dominum nostrum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Romanos.**

Cap. 8. **F**ratres: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nūditas? an periculū? an persecutio? an gladius? (Sicut scriptum est: Quia propter te mortificāmur tota die, æstimati sumus, sicut oues occisiōnis) Sed in his omnibus superāmus propter eū qui dilēxit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, ne-

que altitudo, neque profundum, neque creatūra alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

**Graduale.** Ecce Sacerdos magnus qui in diēbus suis placuit Deo. **Antiphona.** Nō est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. **Alleluia, alleluia.** **Antiphona.** Christo confixus sum cruci: uiuo ego, iam non ego, uiuit verò in me Christus, Alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.** Desiderium animæ eius. **vt in communi mart. pont. fol. 2.**

**Euangelium.** Nisi granum. **de communi mart. fol. 8.**

**Offertorium.** Gloria & honore coronasti eū: & constituisti eum super opera manuum tuarum Dñe. **Secreta.**

**M**vnera tibi, Dñe, dicata sanctifica: & intercedente beato Ignatio martyre tuo atq; pontifice, per eandem nos placatus intende. Per Dñm.

**Communio.** Frumentum Christi sum, dentibus bestiārum molar, vt panis mūdus inueniar. **Postcommunio.**

**H**æc nos communio, Dñmine, purget à crimine: & intercedente beato Ignatio martyre tuo, atque pontifice, cælestis remedij faciat esse consortes. Per Dominum,

**INFESTO PURIFICATIONIS BEATÆ MARIE.**

**Si hoc festum venerit in Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ, & Quinquagesimæ, fiat tantum candlelarū benedictio distributio, & processio: & dicitur Missa de dicata. Missa vt**

ro testi transfertur in sequentem diē.

**Finita tertia, Sacerdos indutus plu-  
uiali violacco, vel sine calula, cum mi-  
nistris indutis procedit ad benedicen-  
dum candelas in medio ante altare po-  
sitas, dicendo Dñs vobiscum. R. Et  
cum spiritu tuo. Oremus.**

**D**omine sacte, pater omnipotēs  
etērne Deus, qui omnia ex nihi-  
lo creāsti: & iussu tuo per opera apum,  
hunc liquōrem ad perfectiōnem cerei  
euenire fecisti: & qui hodierna die pe-  
titiōne iusti Simeōnis implēsti: te hu-  
militer deprecāmur: vt has cādelas ad  
vsus hōminum, & sanitatem corporū  
& animārum, siue in terra, siue in a-  
quis, per inuocatiōnem tui sanctissi-  
mi nōminis, & per intercessiōne beā-  
tę Marię semper virginis, cuius hō-  
die festa deuotē celebrantur: & per pre-  
ces omnium sanctōrum tuōrū, bene-  
dicere, & sanctifi-  
& huius plebis tuę, quę illas honorifi-  
cē in mānibus desiderat portāre, teq;  
cantando laudāre: exaudias voces de  
cælo sancto tuo, & de sede maiestātis  
tuę: & propitius sis omnibus clamān-  
tib⁹ ad te. quos redemisti precioso san-  
guine filij tui. Qui tecum viuit & reg-  
nat in vnitāte spiritus sancti Deus, per  
omnia sęcula sęculōrum. R. Amen.

Oremus.

Oratio.

**O**mnipotens sempitērne Deus,  
qui hodierna die vnigenitū tuū  
vlnis sancti Simeōnis in templo san-  
cto tuo suscipiendū pręsentāsti: tuam  
supplices deprecāmur clemētiam: vt  
has cādelas, quas nos tui famuli, in tui

nōminis magnificētia suscipiētes,  
gestare cūpimus luce accēsas: bene  
dicere, & sancti-  
ficāre, atq; lumine  
supērne benedictiōnis accēdere dig-  
nēris: quatenus eas tibi Dño Deo no-  
stro offerēdo, digni, & sancto igne dul-  
cissimę charitātis tuę succēsi, in tē-  
plo sancto glōrię tuę repręsentari me-  
reāmur. Par eūdem Dōminum no-  
strum. R. Amen. Oremus

**D**omine Iesu Christe lux vera, si  
qui illūminas omnem hōminē  
veniēte in hunc mūdum: effunde be-  
ne-  
& sancti-  
& concēde propitius: vt sicut hęc lu-  
minaria igne visibili accēsa, noctūr-  
nās depelli tēnebras: ita corda nostra  
inuisibili-  
dore, illustrāta, omniū vitiōrū cęcitā-  
te cęreat: vt purgāto mentis oculo, ea  
cernere possimus, quę tibi sunt placi-  
ta, & nostrę salutis sunt vtilia: quatenus  
post huius seculi caliginōsa discrimi-  
na, ad lucem indeficientem peruenire  
mereāmur: Per te Christe Iesu saluā-  
tor mūdi, qui in Trinitate perfecta vi-  
uis & regnas, Deus: per omnia sęcula  
sęculōrum. R. Amen. Oremus.

**O**mnipotēs sempitērne Deus qui  
per Mōysen famulum tuum, pu-  
rissimum olei liquōrem ad laminaria  
ante conspēctum tuū iugiter cōcinnān-  
da pręparari iussisti: bene-  
tuę gratiā super hos cęrcos benignus  
infunde: quatenus sic admīstrent lu-  
men extērius, vt te donāte, lumen spi-  
ritus tui nostris non desit mentib⁹ in-  
tērius

terius. Per Dñm. vt in vnitãte eiusdem  
Amen. O remus.

**D**omine Iesu Chrifte: qui hodiẽr  
na die in noſtræ carnis ſubſtãtia  
inter hõmines apparens à parẽntibus  
in templo es præſentãtus : quem Si-  
meon venerãbilis ſenex, lũmine ſpĩri-  
tus tui irradiãtus, agnõuit, ſuſcẽpit, &  
benedixit : præſta propitiũs : vt, eiũs-  
dem ſpiritus ſancti grãtia illuminãti  
atque edõcti, te verãciter agnoſcãmus  
& fideliter diligãmus: Qui cum Deo  
pater in vnitãte eiũsdem ſpiritus ſan-  
cti viuis & regnas, Deus, per õmnia  
ſæcula ſæculorum. Amen.

*Completa benedictione, celebrans  
aſpergit candelas aqua benedicta, &  
odolẽt in cenſo : deinde dignior ex cle-  
ro accedit ad altare, & ab eo celebrans  
accipit candelam accenſam non ge-  
nuſſectens, nec oſculãs manum illius:  
Poſte à celebrans diſtribuit cãdelas ac-  
cenſas: primũm digniori à quo ipſe ac-  
ceperat: deinde Diacono & Subdiaco-  
no paratis, & alijs per ordinem: omni-  
bus genuſſectentibus, & manum cele-  
brantis oſculantibus, exceptis Præla-  
tis, vbi aderunt. Et cum in cõperit di-  
ſtribuere, à choro cantatur Antiphona.  
Lumen d reuelatiõnem gentium  
& glõriam plebis tuæ Iſraël.*

*Canticũ. Nunc dimittis. Ita quõd  
poſt quẽlibet verſum Cantici, & poſt  
Glõria patri, & Sicut erat repetatur  
toia antiphona, Lumen ad. His ex-  
pletis cantatur Antiphona.*

**E**xurge Dõmine, adiuua nos : &  
libera nos, propter nomen tuũ.

*Psalm. Deus auribus noſtris audi-  
uimus: patres noſtri annunciauerunt  
nobis. Gloria patri. Et repetitur  
Exurge Dõmine. Deinde dicat ſacer-  
dos. O remus. Et Diaconus. Flectã-  
mus gẽnua. Leuãte: ſi tamen infra  
Septuageſimam euenerit.*

*Oratio.*

**E**xaudi, quæſumus, Dõmine, ple-  
bem tuam: & quã extrĩnſecus an-  
nũa tribuis deuotiõne venerãri, intẽ-  
rius aſſequi grãtiæ tuæ luce concẽde.  
Per Chriſtum Dõminum noſtrum.

*Amen. Deinde fit proceſſio: po-  
ſito in thuribul. incẽſo per celebrãtem  
præcedit thuriferarius cum thuribu-  
lo fumigante, deinde deferens crucem  
medius inter duos Acolyhos cum can-  
delabris accenſis: ſequitur clerus per  
ordinem: vltimõ, celebrans cum mi-  
niſtris in paramentis violaceis, omnes  
cum candelis accenſis: & interim can-  
tantur Antiphonæ ſequentes.*

*Antiphona.*

**A**dõna thalamum tuum Sion,  
& ſuſcipe regem Chriſtum : ample-  
tere Mariam, quæ eſt cælẽſtis porta:  
ipſa enim portat reõm glõriæ noui  
lũminis: ſuſſicit, adducens mã-  
nibus filium, an. Luciferum geni-  
tum: quem accipiens Simeon in vl-  
nas ſuas, prædicauit põpulis, Dõmi-  
num eum eſſe vitæ & mortis, & ſal-  
uatõrem mundi.

*Alia Antiphona.*

**R**eſpõſum accẽpit Simeon à Spĩri-  
tu ſancto, non viturum ſe mortem,  
niſi vidẽret Chriſtũ Dõmũ: & cum

inducerent puerum in templum, accepit eum in vlnas suas: & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, in pace. **Ps.** Cum induceret puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: ipse accepit eum in vlnas suas.

**Et ingrediendo Ecclesiam, cantatur. Ps.** Obtulerunt pro eo Domino par turturum: aut duos pullos columbarum. Sicut scriptum est in lege Domini. **Ps.** Postquam impleri sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem: vt sifterent eum Domino. Sicut scriptum. **Ps.** Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Sicut scriptum.

Finita processione, celebrans & ministri depositis violaceis, accipiunt paramenta alba pro Missa.

### IN PURIFICATIONE beatæ Mariæ ad N.issam.

#### Introitus.



Uscépiamus, Deus, misericordiam tuam, in medio templi tui: secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua.

**Psalmus.** Magnus Dominus & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. **Ps.** Gloria.

#### Oratio.

**O**mnipotens sempiternus Deus, maiestatem tuam supplices exoramus, vt: sicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum nostræ carnis substantia in templo est presentatus, ita

nos facias purificatis tibi mentibus presentari. Per eundem Dominum.

#### Lectio Malachiæ Prophætæ.

**H**æc dicit Dominus Deus: Ecce, ego mitto angelum meum: & præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quaeritis: & angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans, & emundans argentum: & purgabit filios Leni: & colabit eos quasi aurum & quasi argentum: & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificium Iuda & Hierusalem, sicut dies sæculi, & sicut aniantiqui. Dicit Dominus omnipotens.

**Graduale.** Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui: secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ. **Ps.** Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. **Alleluia, alleluia.** **Ps.** Senex puerum portabat: puer autem senem regēbat, Alleluia.

**Sequens Tractus dicitur, si hoc festum venerit post Dominicam Septuagesimæ.**

**Tractus.** Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum, in pace. **Ps.** Quia viderunt oculi mei salutarem tuum. **Ps.** Quod parasti ante faciem omnium populorum. **Ps.** Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël.

Sequens

## Sequencia sancti euangelij

## secundum Lucam.

Cap. 2.

**I**n illo tempore: Postquam implēti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi: tulerunt Iesum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino, (sicut scriptum est in lege Domini, Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur.) Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum, Et ecce, homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon: & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel: & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas: & benedixit Deum, & dixit. Nunc dimitte seruum tuum Domine, secundum verbum tuum, in pace. Quia viderunt oculi mei, salutare tuum: Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, gloriam plebis tuæ Israel.

**Incipitur Credo.**

**Offertorium.** Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, & in seculum seculi.

## Secreta.

**E**xaudi, Dñe, preces nostras: & ut digna sint munera quæ oculis

tuæ maiestatis offerimus, subsidium nobis tuæ maiestatis impende. Per Dominum nostrum.

## Praefatio de Natiuitate Domini.

**Communio.** Responsum accepit Simeon à spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi videre Christum Dñi.

## Postcommunio.

**Q**uæsumus, Domine, Deus noster: ut sacro sancta mysteria, quæ pro reparationis nostræ munimine contulisti, intercedente beata Maria semper virgine, & presens nobis remediū esse facias, & futurum. Per.

**SANCTI** Blasij Episcopi & martyris, Missa. Sacerdotes Dei. *ut in comuni vnus mart. pont. fol 3.*

**INFESTO SANCTÆ**  
Agathæ virginis & mart.

## Introitus.



**AVDEMV**S omnes in Domino, diem festum celebrantes, sub honore beate Agathæ martyris de cuius passione gaudent angeli, & collaudant filium Dei. **Psalmus.** Eructavit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

## Oratio.

**D**eus, qui inter cætera & potetia tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius: ut qui beate Agathæ virginis & martyris tuæ natalitia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Lectio epistolæ beati Pauli apo-  
stoli ad Corinthios.

**F**ratres: Videte vocatiōnem ve-  
stram: quia non multi sapientes se-  
cūndum carnem, nō multi potētes:  
non multi nōbiles: sed quæ stulta sunt  
mundi elegit Deus, vt confundat for-  
tia: & ignobilia mundi, & contempti-  
bilia elegit Deus, & ea quæ non sunt,  
vt ea quæ sunt destrueret: vt non glo-  
rietur omnis caro in conspectu eius.  
Ex ipso autem vos estis in Christo Ie-  
su: qui factus est nobis sapientia, & iu-  
stitia, & sanctificatio, & redemptio: vt  
quemadmodum scriptum est, qui glo-  
riatur, in Domino glorietur.

**Graduale.** Adiuuabit eam Deus  
vultu suo: Deus in medio eius non cō-  
mouebitur. **V.** Fluminis impetus læ-  
tificat ciuitatem Dei: sanctificauit ta-  
bernaculum suum altissimus.

**Si venerit ante Septuagesimam.**

**Alleluia, alleluia.** **V.** Loquebar de te-  
stimonijs tuis in conspectu regum, &  
non confundar, alleluia.

**Post Septuagesimam, Tractus.**

Qui seminant in lachrymis, in gau-  
dio metent. **V.** Eūntes ibant, & fle-  
bant, mittentes semina sua. **V.** Veni-  
ente autem venient cum exultatiō-  
ne, portantes manipulos suos.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Mattheum.**

**I**n illo tempore. Accesserunt ad Ie-  
sum Pharisei, tentantes eum, & di-  
centes. Si licet homini dimittere vxō-  
rem suam ex quacūque causa? Qui  
respondens ait eis. Non legis: quia

qui fecit hominem ab initio, mascu-  
lum & foeminam fecit eos? Et dixit.  
Propter hoc, dimittet homo patrem  
& matrem, & adherēbit vxōri suæ: &  
erunt duo in carne vna. Itaq; iam non  
sunt duo: sed vna caro. Quod ergo  
Deus coniunxit, homo non separet.  
Dicunt illi. Quid ergo Mōyses mādā-  
uit dari libellū repūdiij, & dimittere?  
Ait illis. Quoniam Mōyses ad duriti-  
am cordis vestri permisit vobis di-  
mittere vxōres vestras: ab initio autē  
non fuit sic. Dico autē vobis: quia qui  
cūque dimiserit vxōrē suam, nisi ob  
fornicatiōnem, & aliam duxerit, moe-  
chatur: & qui dimissam duxerit, moe-  
chatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita  
est causa hominis cū vxōre, non expe-  
dit nubere. Qui dixit illi. Non omnes  
capiunt verbum istud: sed quibus da-  
tum est. Sūt enim eunūchi, qui de ma-  
tris utero sic nati sunt: & sunt eunūchi  
qui facti sunt ab hominibus: & sunt  
eunūchi, qui se ipsos castrauerūt pro-  
pter regnum cœlōrum. Qui potest ca-  
pere, capiat.

**Offertorium.** Afferentur regi vir-  
gines post eam: proximæ eius afferen-  
tur tibi. **Secreta.**

**S**uscipe, Domine, mūnera: quæ in  
beatæ Agathæ virginis & marty-  
ris tuæ solemnitate deferimus: cuius  
nos confidimus patrocīnio liberari.  
Per Dominum nostrum.

**Communio.** Qui me dignatus est  
ab omni plaga curare, & mammillam  
meo pectore restituere: ipsi inuoco  
Deum viuum.

**Postcommunio.**

**A**uxiliéntur nobis, Dñe, sumpta  
myttéria: & intercedente beata  
Agatha virgine & mártire tua, sem-  
piterna protectiõne cõfirmentur. Per.

**Die. 6.** **SANCTÆ** Dorotheæ virginis  
& martyris, Missa. **M**e expectauerūt.  
vt in communi virg. & mart. fol. 29.

**Die. 9.** **SANCTÆ** Apolloniæ virginis  
& martyris, Missa. **L**oquēbar de testi-  
monijs tuis in cõmuni virg. & mar-  
tyris. fol. 28.

**Die. 14** **SANCTI** Valentini Presbyteri  
& martyr, Missa. **I**n virtute tua Dñe.  
de commu. vnus mart. fol. 4. **prater**  
orationem, quæ dicitur vt intra.

**Oratio.**

**P**resta, quæsumus; omnipotens  
Deus: vt qui beati Valentini mar-  
tyris tui natalitia cõlimus, à cunctis  
malis imminētibus eius intercessiõ-  
ne liberemur. Per Dñm. **Secreta.**

**O**blatis, quæsumus, Dñe, placare  
muneribus: & intercedente bea-  
to Valentino mártire tuo, à cunctis  
nos defende periculis. Per Dõminum.

**Postcommunio.**

**S**it nobis, Dõmine, reparatio mē-  
tis & cõporis calēste mysterium:  
vt, cuius exequimur actiõnem, senti-  
amus effectum. Per Dõminum.

**Die. 15** **SANCTORVM** martyrum  
Fauslini & Iouitæ. Missa, **S**alus autē  
iustõrum. vt in communi plurimo-  
rum martyrum. fol. 14

**Die. 18** **SANCTI** Simeonis Episcopi  
& martyris. Missa. **S**tatuit ei Dñs: de  
communi vnus mart. pont. fol. 2.

**In Cathedra Antiochena** la-  
Petri apostoli, omnia dicuntur sicut  
in festo Cathedra Romanæ, vt supra  
fol. 12.

**In Vigilia sancti Matthiæ, Missa.**  
**E**go autem sicut oliua. in communi  
Apostolorum. fol. 1.

**S**i hæc Vigilia venerit in Quadra-  
gesima, fit ea tantum commemora.

**IN FESTO SANCTI**

**Matthiæ apostoli.**



**M**ihi autem nimis ho-  
norati sūt amici tui  
Deus: nimis confes-  
tatus es principatus  
eõrum. **Psal.**

**D**õmine probasti  
me, & cognouisti me: tu cognouisti  
sessiõnem meam & resurrectiõnem  
meam. **Gloria patri. Oratio.**

**D**eus qui beatum Matthiam apo-  
stolorum tuõrum collegio sociã-  
sti: tribue, quæsumus: vt eius interuen-  
tiõne, tuæ circa nos pietatis semper  
vïscera sentiamus. Per Dõminum.

**Lectio Actuum apostolorum.**

**I**n diẽbus illis. Exurgens Petrus in  
medio fratrum, dixit. (Erat autem tur-  
ba hominum simul, ferè centum vigin-  
ti) Viri fratres, oportet impleri Scri-  
pturam, quam prædixit Spiritus san-  
ctus per os David, de Iuda, qui fuit  
dux eõrum, qui comprehendèrunt Ie-  
sũ: qui connumeratus erat in nobis &  
sortitus est sortem ministerij huius. Et  
hic quidem possedit agrum de mercede  
de iniquitate: & suspensus crepuit medi-  
us, & diffusa sunt omnia viscera eius.

Notum factum est omnibus habitantibus Hierusalem: ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum. Hac eadem, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psalmorum. Fiat commoratio eius deserta: & non sit qui habitet in ea, & episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore quo intravit & exiit inter nos Dominus Iesus, incipiens a baptismo Ioannis usque in diem qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos, Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus: & Matthiam. Et orantes dixerunt, Tu Domine qui nosti corda omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerij huius & apostolatus, de quo prevaricatus est Iudas, ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis: & cecidit fors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis.

**Graduale.** Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. *V.* Dinumerabo eos: & super arenam multiplicabuntur.

**Tractus.** Desiderium anime eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. *V.* Quoniam preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. *V.* Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

**Sequentia sancti euangelij secundum Mattheum.**

In illo tempore: Respondens Iesus dixit. Confiteor tibi pater Domine

coeli & terre: quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus: & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quonia sic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo, Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos: & discite a me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suauis est: & onus meum leue. **Dicitur Credo.**

**Offertorium.** Constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui Domine, omni progenie & generatione. **Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, sancti Matthiae prosequatur oratio: per quam nos expiari facias, & defendi. Per dominum.

**Praefatio de Apostolis.**

**Communio.** Vos, qui secuti estis me, sedebitis super sedes: iudicantes duodecim tribus Israel. **Postcomu.**

**P**raesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut per haec sancta quaesumus, interueniente beato Matthia apostolo tuo, veniam consequamur, & pacem. Per Dominum.

**FESTA MARTII.**

**INFESTO SANCTI**

**Thomae de Aquino. Introitus.**

**I**N M E D I O ecclesiae aperuit os eius, & impleuit eum Dominus spiritu sapientiae, & intellectus: stolam gloriae induit eum.

**Psalm.**

Pf. 44.

Ma. 19

Die. 7.

Ec. 15.



**Pf. 91** *Psalm.* Bonum est confiteri Dō-  
mino & psallere nōmini tuo altissi-  
me. *℟.* Glōria patri. *Oratio.*

**D**Eus, qui Ecclesiā tuā beati  
Thomæ confessoris tui mira e-  
ruditiōne clarificas, & sancta opera-  
tiōne foecundas: da nobis, quæsumus,  
& quæ docuit intellēta conspīcere, &  
quæ egit imitatiōne cōplere. Per dñm

*Secunda oratio de Feria Tertia ut  
sequitur.*

*Pro commem. sanctarum mart. Per-  
petuæ & Felicitatis. Oratio.*

**D**A nobis, quæsumus, Dōmine,  
sanctarum martyrum tuarum  
Perpetuæ, & Felicitatis palmas incessā-  
bili veneratiōne venerari: ut, quas di-  
gna mente non pōssumus celebrāre,  
humilibus saltem frequentēmus ob-  
sequijs. Per Dōminum.

*Epistola. Iustus cor suum tradidit.  
de communi doctorum. fol. 23.*

**Pf. 106** *Graduale.* Os iusti meditabitur sa-  
piētiā: & lingua eius loquētur iu-  
diciū. *℟.* Lex Dei eius in corde ipsius  
& non supplantabuntur gressus eius.

**Pf. 111** *Tractus* Beātus vir, qui timet Dō-  
minum: in mādatis eius cupit nimis  
*℟.* Potens in terra erit semen eius: ge-  
neratiō rectōrū benedicētur. *℟.* Glō-  
ria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia  
eius manet in sæculum sæculi.

*Euang. lium.* Vos estis sal terræ,  
de eodem communi. fol. 23.

*Et dicitur Credo.*

**Pf. 91** *O Fortorium.* Iustus, ut palma flo-  
rēbit: sicut cedrus, quæ in Libano est,  
multiplicabitur. *Secreta.*

**S**ancti Thomæ confessoris tui atq;  
doctōris nobis Dōmine, pia non  
desit oratio: quæ & mūnera nostra cō-  
ciliet, & tuam nobis indulgentiam se-  
per obtineat. Per Dōminum.

*Pro commem. sanctarum mart. Per-  
petuæ & Felicitatis. Secreta*

**I**ntēde, quæsumus, Dōmine, mū-  
nera, altaribus tuis pro sanctarum  
martyrum tuarum Perpetuæ, & Felici-  
tatis festiuitate propōsita: ut, sicut per  
hæc beata mystēria illis glōria contulī-  
sti, ita nobis indulgētiā largiāris. Per.

*Communio.* Fidēlis seruus, & pru-  
dens: quem constituit Dōminus super  
familiam suam: ut det illis in tēpo-  
re tritici mensuram. *Postcomu.*

**V**T nobis Dñe, tua sacrificia dent  
salūtem: beātus Thomas confes-  
sor tuus, & doctor egrēgius, quæsu-  
mus precator accēdat. Per Dōminum.

*Pro commemor. sanctarum martyru  
Perpetuæ & Felicitatis.*

*Postcommunio.*

**P**resta nobis, quæsumus, Dōmine  
intercedentibus sanctis martyri-  
b<sup>9</sup> tuis Perpetua, & Felicitate: ut quōd  
ore contingimus, pura mente capiā-  
mus. Per Dōminum.

**IN FESTOS ANCTORVM  
Quadragesima martyru. Introitus.**



Lamauerunt iusti, &  
& Dōmin<sup>9</sup> exaudi-  
uit eos & ex ōnibus  
tribulationibus eō-  
rū liberāuit eos. *ps.*  
Benedicam Domi-  
nū in omni tēpore: semper laus eius

in ore meo. *Glória patri. Oratio.*

**P**raesta, quaesumus, omnipotens Deus: ut qui gloriosos martyres, fortes in sua confessione cognouimus pios apud te in nostra intercessionem lentiamus. Per Dominum.

*Epistola. Sancti per fidem. de communi plurimorum mart. fol. 17.*

*Graduale. Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in unum. Sicut unguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam Aaron.*

*Tractus. Qui seminant in lacrymis: in gaudio metent. Euntes ibant & flebant: trahentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.*

*Euangelium. Descendens Iesus de monte. de eodem communi. fol. 14.*

*Offertorium. Laetamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Secreta.*

**S**acrificijs praesentibus, quaesumus Domine, intende placatus: ut intercedentibus sanctis martyribus tuis & deuotioni nostrae proficiant, & saluti. Per Dominum.

*Communio. Quicumque fecerit voluntatem patris mei, qui in caelis est: ipse meus frater, & soror, & mater est, dicit Dominus. Postcommunio.*

**Q**uaesumus, omnipotens Deus: ut illius salutaris capiamus effectum: cuius per haec mysteria pignus accepimus. Per Dominum.

**INFESTO SANCTI GREGORII PAPAE & CONFESSORIS, DOCTORIS ECCLESIAE. Introitus.**



Acerdotes Dei benedicite Dominum: sancti & humiles corde laudate Deum *Psalm. Benedicite omnia opera Domini*

Domino: laudate & super exaltate eum in saecula. *Glória. Oratio.*

**D**eus, qui animae famuli tui Gregorij, aeternae beatitudinis praemia contulisti: concede propitius: ut, qui peccatorum nostrorum pondere preminur, eius apud te precibus tub-leuemur. Per Dominum.

*Epistola. Testificor coram Deo. de communi doctorum. fol. 22.*

*Graduale. Iurauit Dominus, & non poenitebit eum: tu es Sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedec. Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis.*

*Tractus. Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius cupit nimis. Potens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur. Glória, & diuitiae in domo eius: & iustitia eius manet in saeculum saeculi.*

*Euangelium. Vos estis sal terrae. de eodem communi. fol. 23.*

*Dicitur Credo.*

*Offertorium. Veritas mea & misericordia mea cum ipso in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.*

**A**nnue nobis, quaesumus, Domine: ut intercessionem beati Gregorij haec nobis pro sit oblatio: quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. Per Dominum.

Mart.  
24.

**Communio.** Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam tuam: vt det illis in tempore tritici mensuram.

**Postcommunio.**

**D**eus, qui beatum Gregorium pontificem tuum, sanctorum tuorum meritis coequalisti: concede propitius: vt, qui commemorationis eius festa recolimus, vitæ quoque imitemur exempla. Per Dominum.

Die. 19

**INFESTO SANCTI Ioseph confessoris. Introitus.**

Pf. 91.



Vstus, vt palma, florêbit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur: platus in domo Domini, in atrijs domus Dei

Ibidé.

nostri. **Psalms.** Bonum est confitère Dômino, & psallere nòmini tuo altissimi. **V.** Glòria patri, & filio.

**Oratio.**

**S**anctissimæ genitricis tuæ sponsi, quæsumus, Dòmine, meritis adiuuemur: vt quod possibilitas nostra nò obtinet, eius nobis intercessiòne donetur. Qui viuis & regnas.

**Epistola.** Dilèctus Deo. **de communi Abbat.** fol. 27.

Pf. 20.

**Graduale.** Dòmine, præuenisti eum in benedictiòibus dulcedinis: posuisti in capite eius corònam de lapide pretioso. **V.** Vitam petijt à te, & tribuisti ei longitudinem dierum, in sæculum sæculi.

Pf. 111.

**Tractus.** Beatus vir, qui timet Dòminum: in mādatis eius cupit nimis. **V.** Potens in terra erit semen eius: ge-

neratio rectòrū benedicetur. **V.** Glòria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

**Post Pascha.** Alleluia, alleluia. **V.** Amàuit eum Dñs, & ornauit eū: stolam gloriæ induit eum, Alleluia. **V.** Iustus germinabit sicut lilium & florêbit in æternum ante Dñm, Alleluia.

**Euangelium.** Cùm esset desponsata. **vt in vigilia Natiuitatis Domini.** fol. 19.

**Offertorium.** Vêritas mea & misericórdia mea cum ipso: & in nòmine meo exaltabitur cornu eius

**Secreta.**

**D**ebitum tibi, Dòmine, nostræ reddimus seruitutis, suppliciter exorantes: vt, suffragijs beati Ioseph sponsi genitricis filij tui Iesu Christi Dòmini nostri, in nobis tua múnera tuearis: ob cuius venerandam festiuitatem, laudis tibi hóstias immolamus. Per Dòminum nostrum Iesum.

**Communio.** Ioseph fili David, noli timère accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.

**Postcommunio.**

**A**desto nobis, quæsumus, misericors Deus: & intercedente pro nobis beato Ioseph confessore tuo, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per Dòminum nostrum.

**In festo sancti Benedicti Abbatis** Missa, O s iusti. **de communi Abbatum.** fol. 7.

**De Festis duplicibus & semiduplicibus, quæ veniunt à Dominica**

Palmarum vsque ad octauam Paschæ nihil fit: sed post octauam celebrantur. & tunc in fine Introitus ante Psalmum dicuntur duo Alleluia: in fine Offerentij, & Cõmunionis. vnũ Alleluia. Post Epistolam non dicitur Graduale, sed tantum Alleluia dicuntur cũ suis versibus, & hoc idem obseruatur in omnibus festis, quæ celebrantur inter Pascha & Pentecosten.

## IN FESTA ANNUNTIATIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

### Introitus.



Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducuntur regi virgines post eam proxima eius adducuntur tibi in lætitia, & exultatione.

**Psalm.** Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. **Glória.**

### Oratio.

**D**eus, quide beatæ Mariæ virginis utero, verbum tuum, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis: vt, qui verè eam Dei genitricem credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem Dominum nostrum.

### Lectio Isaie prophete.

**I**n diebus illis: Locutus est Dominus ad Achaz, dicens. Pete tibi signum à Domino Deo tuo, in profundum inferni: siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit. Audite ergo domus David. Nunquid parum vobis est, molestus esse hominibus: quia mo-

lesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce, virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comede t: vt sciat reprobare malum, & eligere bonum.

**Graduale.** Diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. **Ps. 44.** Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & dedit te mirabiliter dextera tua.

**Tractus.** Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: quia concupituit rex speciem tuam. **Ps.** Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: filia regnum in honore tuo. **Ps.** Adducuntur regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi. **Ps.** Adducuntur in lætitia & exultatione: adducuntur in templum regis.

**Post Pascha, dimissis Graduali & Tractus, dicitur.** Alleluia, alleluia

**Luc. 1.** Ave Maria gratia plena: Dominus tecum. benedicta tu in mulieribus. Alleluia. **Ps.** Virga Iesse floruit: virgo Deum & hominem genuit: pacem Deus reddit, in se reconcilians imasummis, alleluia, alleluia.

### Sequentia sancti euangelij secundum Lucam.

**I**n illo tempore: Missus est angelus **Cad. 1.** Gabriel à Deo, in ciuitatem Galilæe, cui nomen Nazareth, ad virginem disponatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo David: & nomen virginis, Maria. Et ingressus angelus, ad eam dixit. Ave gratia plena: Dominus tecum benedicta tu in mulieribus. Que cum au-

disset.

differt, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esse ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero: & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus: & filius altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in aeternum: & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus, superueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi, quae vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria. Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.

**Dicitur Credo.**

**Luc. 1. Offertorium.** Ave Maria gratia plena Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui: **Secreta.**

**I**n mentibus nostris, quaesumus, Domini, verae fidei sacramenta confirma: ut, qui conceptum de virgine Deum verum & hominem confitemur, per eiusdem salutiferae resurrectionis potentiam, ad aeternam mereamur pervenire laetitia. Per Dominum.

**Prefatio.** Et te in annuntiatione.

**Communio.** Ecce, virgo concipiet & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel.

piet & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emmanuel.

**Postcommunio.**

**G**ratiam tuam Domine, mentibus nostris infunde: ut, qui angelo nunciante, Christi filij tui in carnationem cognovimus, per passionem eius & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Dominum.

**FESTA APRILIS.**  
**IN FESTO SANCTI**  
**Leonis Papae & confessoris.**

**Introitus.**



**S**tatuit ei Dominus testamentum pacis: & principem fecit eum: ut sit illi sacerdotij dignitas in aeternum. **Psalm.** Me

mento Domine David, & omnis mansuetudinis eius. **V.** Gloria. **Oratio.**

**E**xaudi, quaesumus, Domine, preces nostras, quas in beati Leonis confessoris tui atque pontificis solennitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dominum.

**Epistola.** Ecce sacerdos magnus. **de communi confess. pont.** fol. 19.

**Graduale.** Ecce Sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo. **V.** Non est inventus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.

**Tractus.** Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius. **de communi confess. pont.** fol. 19.

**Post Pascha.** Alleluia Alleluia. **V.**

Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Alleluia. *Ps.*  
Hic est Sacerdos, quem coronauit dominus, alleluia.

**Euangelium.** Venit Iesus in partes Cæsareæ. *vt supra in Cathed. sancti Petri. fol. 92*

**Offertorium** Inveni Dauid seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

**Secreta.**

**S**ancti Leonis confessoris tui atque pontificis, quaesumus: Domine, annua solennitas pietatis tuæ nos reddat acceptos, vt per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio committetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum.

**Communio** Beatus seruus, quem tum venerit Dominus, inuenerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

**Postcommunio.**

**D**eus, fidelium remunerator animarum, presta: vt beati Leonis confessoris tui atque pontificis, cuius venerandam celebramus festiuitatem precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum nostrum.

**SANCTORVM Martyrum Tyburij, Valeriani, Maximi.** Si venerint ante Pascha, & voluerit quis de eis Missam celebrare, omnia dicantur de communi plurimorum martyrum extra tempus Paschale. Si autem venerint post Pascha, dicitur sequens Missa. *Quod & in similibus seruetur.*

**Introitus.**



Sancti tui, Domine, *Ps. 44.*  
benedicent te: gloriam regni tui dicent: alleluia, alleluia.

**Psalmus.**

*Ibid.*

Exaltabo te, Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in sæculum, & in sæculum sæculi. *Ps.* Gloria patri.

**Oratio.**

**P**resta, quaesumus, omnipotens Deus: vt, qui sanctorum martyrum tuorum Tyburij, Valeriani, & Maximi solennia colimus, eorum etiam virtutes imitemur. Per Dominum.

**Epistola.** Stabant iusti. *de communi mart. tempore Paschali. fol. 8.*

Alleluia, alleluia. *Ps.* Sancti tui, Domine, floreant sicut liliam: & sicut odor balsami erunt ante te Alleluia.

*Ps. 115.*  
**Ps.** Preciosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius, alleluia.

**Euangelium.** Ego sum vitis vera de eodem communi. fol. 9.

**Offertorium.** Letamini in domino *Ps. 130.*  
no & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde, alleluia, alleluia.

**Secreta.**

**H**æc hostia, quaesumus, Domine, quam in sanctorum tuorum natalitijs recensentes offerimus, & vincula nostræ prauitatis absoluat, & tuæ nobis misericordiæ dona conciliet. Per Dominum nostrum.

**Communio.** Gaudete iusti in Domino *Ps. 132.*  
mino, alleluia: rectos decet collaudatio, alleluia.

**Postcommunio.**

Sacro

**S**acro munere satiati, supplices te,  
Dñe, deprecâmur: vt quod debi-  
tæ seruitutis celebrâmus officio, salua-  
tiõnis tuæ sentiâmus augmētū. Per.

**Die. 17. SANTI Aniceti Papæ & mar-  
tyris, Missa de communi vnus mar-  
tyris tempore Paschali. Cū oratiõne.  
Deus qui nos beati. fol. 8.**

**Et Euangelium. A**men, amen di-  
co vobis quia plorâbitis. fol. 12.

**Die. 22. Infesto sanctorum martyrum &  
pontificum Soteris & Caij, Missa de  
communi plurimorum martyrum  
tempore Paschali cū oratione. B**eatõ  
rum mârtyrum tuõrum, pariterque  
pontificum. fol. 10.

**Et Epist. P**ost hæc ego Ioann. fol. 11.

**Die. 23. INFESTO SANCTI  
Georgij martyris.**

**Introitus.**

**Pl. 63.**



Rotexisti me Deus à  
conuentu malignan-  
tium, alleluia: à mul-  
titudine operantium  
iniquitatem, alleluia,

**Ibidē. alleluia.**

**Psalmus.**

Exaudi Deus oratiõnem meam cum  
deprecor: à timõre inimici eripe ani-  
mam meam. **V.** Glõria patri.

**Oratio.**

**D**eus, qui nos beati Geõrgij mâr-  
tyris tuî mēritis & intercessiõ-  
nē lætificas: concēde propitijs: vt qui  
tua per eum beneficia pōscimus, dona  
tuæ gratiæ consequâmur. Per. Dñm.

**Epistola. M**emor esto. **de commu-  
ni vnus martyris extra tempus Pas-  
chale. fol. 6.**

**A**lleluia, alleluia. **V.** Confitebun-  
tur cœli mirabilia tua Dõmine: ete-  
nim veritatem tuam in Ecclēsia san-  
ctõrum, alleluia. **V.** Posuisti Dõmine p  
super caput eius coronam de lapide  
preciõso, alleluia.

**Euangelium. E**go sum vitis vera.  
**de cõmuni tempore Paschali. fol. 10.**

**O**ffertorium. **C**onfitebuntur cœli  
mirabilia tua Domine: & veritatem  
tuam in ecclēsia sanctõrum, alleluia,  
alleluia, **Secreta.**

**M**vnera, Dñe, oblata sanctifica:  
& intercedente beato Geõrgio  
mârtyre tuo, nos per hæc à peccatõrũ  
nostrõrũ maculis emunnda. Per Dñm.

**Communio. L**ætabitur iustus in  
Dõmino, & sperabit in eo: & laudabũ-  
tur õnes recti corde, alleluia, alleluia.

**Postcommunio.**

**S**upplices te rogâmus omnipotēs  
Deus: vt, quos tuis reficis sacramē-  
tis, intercedente beato Geõrgio mâr-  
tyre tuo, tibi etiã placitis mõribus  
dignanter tribuas deseruire. Per Dñm.

**INFESTO SANCTI**

**Marci euangeliste. Introitus.**



Rotexisti me Deus à  
conuentu malignantiũ  
alleluia: à multitudine  
operantium iniquitãtē  
alleluia, alleluia.

**Psalm.** Exaudi Deus oratiõnem  
meam, cum deprecor: à timore ini-  
mici eripe animam meã. **V.** Glõria.

**Oratio.**

**D**eus, qui beatum Marcum euan-  
gelistam tuum, eua-  
gēlicæ præ-  
dica

dicationis gratia sublimasti: tribue  
quæsumus: eius nos sepe & eruditione  
proficere, & oratione defendi. Per.

**Lectio Ezechielis propheta.**

**S**imilitudo vultus quatuor anima-  
lium, facies hominis: & facies Leo-  
nis à dextris ipsorum quatuor: facies  
autem Bovis, à sinistris ipsorum quatuor:  
& facies Aquilæ desuper ipsorum qua-  
tuor. Et facies eorum, & pennæ eorum  
extentæ desuper: duæ pennæ singulo-  
rum iungebantur, & duæ tegebant  
corpora eorum. Et vnum quodque eorum  
coram facie sua ambulabat. Vbi erat  
imperus spiritus, illuc gradiebantur:  
nec reuertebantur cum ambularent.  
Et similitudo animalium, & aspectus  
eorum, quasi carbonum ignis ardenti-  
um, & quasi aspectus lampadarum.  
Hæc erat visio discurrens in medio ani-  
malium: splendor ignis, & de igne fulgur  
egrediens. Et animalia ibant, & reuerte-  
bantur in similitudine fulguris, coruscatis.  
Alleluia, alleluia. Confitebuntur  
coeli mirabilia tua Domine: etenim veri-  
tatem tuam in Ecclesia sanctorum. Alle-  
luia. Posuisti Domine super caput eius  
coronam de lapide precioso. Alleluia.

**Sequentia sancti euangelij  
secundum Lucam.**

**I**n illo tempore: Designauit Domi-  
nus & alios septuaginta duos: & mi-  
sit illos binos ante faciem suam in om-  
nem ciuitatem & locum, quod erat ip-  
se venturus. Et dicebat illis. Messis qui-  
dem, multa: operarij autem, pauci.  
Rogate ergo Dominum messis: vt  
mittat operarios in messem suam. Ite.

Ecce, ego mitto vos sicut agnos inter  
lupos. Nolite portare sacculum, neque  
peram, neque calceamenta: & nemi-  
nem per viam salutaueritis. In quam-  
cumque domum intraueritis, primum dici-  
te: Pax huic domui. Et si ibi fuerit fi-  
lius pacis, requiescet super illum pax ve-  
stra: sin autem, ad vos reuertetur. In eam-  
dem autem domo manete edentes & bi-  
bentes quæ apud illos sunt. Dignus est  
enim operarius mercede sua. Nolite  
transire de domo in domum. Et in  
quamcumque ciuitatem intraueritis,  
& susceperint vos: manducate quæ ap-  
ponuntur vobis: & curate infirmos  
qui in illa sunt: & dicitis illis. Appro-  
pinquauit in vos regnum Dei.

**Dicitur Credo.**

**Offertorium.** Confitebuntur coeli  
mirabilia tua Domine: & veritatem  
tuam in Ecclesia sanctorum. Alleluia,  
alleluia.

**Secreta.**

**B**eati Marci euangelistæ tui solen-  
nitate, tibi munera deferentes, quæ  
sumus, Domine: vt sicut illum prædi-  
catio euangelica fecit gloriosum: ita  
nos eius intercessionem, & verbo & ope-  
re tibi reddat acceptos. Per Dominum.

**Præfatio de Apostolis.**

**Communio.** Letabitur iustus in  
Domino, & sperabit in eo: laudabun-  
tur omnes recti corde, Alleluia, alle-  
luia.

**Postcommunio.**

**T**ribuant nobis, quæsumus Do-  
mine, continuum tua sancta pro-  
fidiu: quo beati Marci euangelistæ tui  
precibus nos ab omnibus semper tue-  
antur aduersis. Per Dominum.



Die. 26

**I**N festo sanctorum Cleti & Marcellini pont. & mart. *Missa.* Sancti tui, Domine, benedicent te. *de communi plur. mart. tempore Paschali, excepta oratione, quæ dicitur, ut infra.* *Oratio.*

**B**eatorum martyrum, pariterque pontificum Cleti & Marcellini nos, Domine, foueat preciosa confessio: & pia iugiter intercessio tueatur. Per Dominum nostrum. *Secreta.*

**A**desto, Domine, supplicationibus nostris, quas in sanctorum tuorum commemoratione deferimus: ut qui nostræ iustitiæ fiduciam non habemus: eorum qui tibi placuerunt meritis adiuuemur. Per Dominum.

*Postcommunio.*

**Q**uæsumus, Domine, salutaribus repleti mysterijs: ut quorum solennia celebramus: eorum orationibus adiuuemur. Per Dominum.

Die. 28

**SANCTI Vitalis martyris, Missa de communi vnius mart. tempore Paschali** fol. 8. *Oratio.*

*Praesta, quæsumus, ut qui beati.*

**FESTA MAII.**

**DIE. I. IN FESTO SANCTORVM Apostolorum Philippi & Iacobi.**

*Introitus.*

s. Es. 9.



**Q**uamauerunt ad te, Domine, in tempore afflictionis suæ, & tu de caelo exaudisti eos, Alleluia, alleluia. *Psal.*

*Psa. 33.* Exultate iusti in Dño: rectos decet colaudatio. *Gloria. Oratio.*

**D**eus, qui nos annua apostolorum tuorum Philippi & Iacobi solennitate lætificas: præsta quæsumus: ut quorum gaudemus meritis, instruamur exemplis. Per Dominum.

*Lectio libri Sapientia.*

**S**tabant iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt: & qui abstulerunt labores eorum. Videtes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitacione in sperata salutis, dicentes intra se, poenitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem imperij. Nos insensati, vitam illorum aestimabamus in saniam: & finem illorum sine honore. Ecce, quomodo computati sunt inter filios Dei: & inter sanctos, fors illorum est.

**A**lleluia, alleluia. *Ps.* Confitebuntur caeli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Ecclesia sanctorum. Alleluia. *Ps.* Tunc tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem meum. Alleluia.

*Sequentia sancti euangelij secundum Joannem.*

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Non turbetur cor vestrum. Creditis id Deum: & in me credite. In domo patris mei, mansiones multæ sunt. Si quod minus: dixissem vobis quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & preparauero vobis locum iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum: ut vbi ego sum, & vos sitis. Et quod ego

vado, scitis, & viâ scitis. Dicit ei Thomas. Dômine, nescimus quô vadis: & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Iesus. Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Si cognovissetis me, & patrem meum utique cognovissetis: & amodo cognovissetis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus. Dne, ostende nobis patrem: & sufficit nobis. Dicit ei Iesus. Tanto tempore vobiscum sum: & non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem. Et quomodo tu dicis: ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre: & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Nô creditis quia ego in patre: & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amé amé dico vobis: qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet: & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam.

**Dicitur Credo.**

**Offertorium.** Confitebuntur cœli mirabilia tua Dômine: & veritatem tuam in Ecclesia sanctorum, alleluia, alleluia.

**Secreta.**

**M**Vnera, Dne, quæ pro apostolorum tuorum Philippi & Iacobi solennitate deferimus, propitius suscipe: & mala omnia quæ meremur, auerte. Per Dôminum.

**Præfatio de Apostolis.**

**Communio.** Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me?

Philippe, qui videt me, videt & patrem meum, alleluia: non credis quia ego in patre, & pater in me est? Alleluia, alleluia, alleluia.

**Postcommunio.**

**Q**Væsumus, Dômine, salutaribus repleti mysteris: ut quorum solennia celebramus eorum orationibus adiuuemur. Per Dôminum.

**INFESTO SANCTI**  
**Athanasij Episcopi & confess.**

Die. 2.

**Introitus.**



**IN MEDIO EC-**  
clesiæ a pœruit os eius  
& implevit eum Dô-  
minus spiritu sapien-  
tiæ & intellectus: stol-  
lam gloriæ induit eum

Ecc. 15.

alleluia, alleluia.

**Psalm.** Bonum est confiteri Dô-  
mino: & psallere nomini tue altissi-  
me. ✠. Gloria patri, & filio.

Psa. 91.

**Oratio.**

**E**Xaudi, quæsumus, Dômine. preces nostras: quas in beati Athanasij confessoris tui atque pontificis solennitate, deferimus: & qui tibi dignè mèruit famulari, eius intercedentibus mèritis, ab omnibus nos absolue peccatis. Per Dôminum nostrum.

**Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Corinthios.**

**F**Ratres: Non nosmetipsos prædicemus, sed Iesum Christum Dnm nostrum: nos autem seruos vestros per Iesum quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illu-

1. ca. 4.

xit in cordibus nostris ad illuminatiōnem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulatiōnem patimur, sed nō agustiāmur: aperiāmur, sed non destituimur: persecutiōne patimur, sed non delinquimur: humiliāmur, sed non confundimur: deiciimur, sed non perimur: semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circūferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus, in mortē tradimus propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autem in vobis. Habentes autē eundem spiritū fidei, sicut scriptum est, credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur: scientes quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet vobiscum.

**Ps. 109** Alleluia, alleluia. *Ps.* Tu es Sacerdos in ætēnum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia. *Ps.* Beatus vir

**Ps. 111.** qui suffert tentatiōnem: quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, Alleluia.

*Sequentia sancti euangélj  
secundum Mattheum.*

**Cap. 10** **I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Cū persequeretur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amē dico vobis, non colummabitis ciuitates Israël, donec veniat filius hominis. Nō

est discipulus super magistrū: nec seruus super dōminū suum. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: & seruo sicut dñs eius. Si patrem familias Beelzebub vōcauerunt: quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos: Nihil enim est opertum, quod non reueletur: & occultū, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis prædicare supertecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. Sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.

*Dicitur Credo.*

**Offertorium.** Inueni David seruum meum: oleo sancto meo unxi eum manus enim meæ auxiliabitur ei & brachium meum confortabit eum Alleluia.

*Secreta.*

**S**ancti Athanasij confessoris tui atque pontificis, quæsumus, Domine, annua solēnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: vt per hæc piæ placatiōnis officia, & illum beata retributiō comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dōminum nostrum.

**Communio.** Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine, dicit Dōminus: & quod in aure auditis, prædicare supertecta, Alleluia.

*Postcommunio.*

**D**eus fidelium remunerator animarum, præsta: vt beati Athanasij confessoris tui atque pontificis, cuius venerandā celebrāmus festiuitatē, precibus indulgentiā consequamur. Per.

## INTESTO INVENTIO

nis sanctæ Crucis.

Introitus.



OS autem gloriari oportet in Cruce Domini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vitæ & resurrectio nostra: per

quem saluari & liberati sumus, Alleluia, alleluia.

*Psalm.* Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

*V.* Gloria patri, & filio, & Spiritui sancto.

*Oratio.*

Deus, qui in præclara salutiferæ Crucis Inventionē, Passionis tuæ miracula suscitasti: concede: ut vitalis ligni præcio, æternæ vitæ suffragia consequamur. Qui vivis.

*Pro cōmemoratione sanctorum martyrum Alexandri, Euentij, Theoduli, atque Iuuenalis.*

*Oratio.*

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut qui sanctorum tuorum Alexandri, Euentij, Theoduli, atque Iuuenalis natalitia colimus: à cunctis malis imminētibus, eorum intercessionibus liberemur. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

*Lectio epistolæ beati Pauli apostoli ad Philippenses.*

Fratres: Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, Qui cum in forma Dei esset: non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Sed

semetipsum exinanivit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum: & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genu flectatur: celestium, terrestrium, & infernorum. Et omnis lingua confiteatur: quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Alleluia, alleluia. *V.* Dicite in gentibus: quia Dominus regnavit à ligno Alleluia. *V.* Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera: quæ sola fuisti digna sustinere regem cælorum, & Dominum, Alleluia.

*Sequentia sancti evangelij secundum Ioannem.*

In illo tempore: Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad Iesum nocte: & dixit ei Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei Amen, amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus. Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Nunquid potest introire in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci? Respondit Iesus. Amen, amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quid natum est ex carne, caro est: & quod natum est